Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

# ILLVSTRISSIMI

ET INVICTISSIMI PRINCIPIS, DOMINI CHRISTIER-
ni eius nominis ſecundi Danię, Suetię, Noruegię, Gothorum, Sclauorum,
Vandalorumq; Regis, Ducis Sleſvvici, Holatię, Stormarię, Dyth-
merſię, Comitis in Oldenborg & Delmenhorſt, ad
emiſſos contra ſe Lubicenſium articulos qui-
bus ſuſcepti aduerſus eum belli ratio-
nē preſcribunt Cornelio Scep-
pero Nouiportuenſi illius
Vicecancellario
authore &c.
Reſponſio.

Περὶ πλείονος ποιοῦ δόξαν καλὴν ἢ πλοῦτον μέγαν τοῖς παισὶ κατα-
λιπεῖν. Ὁ μὲν γὰρ θνητὸς ἡ δὲ ἀθάνατος καὶ δόξῃ μὲν χρήματα κτητὰ
δόξα δὲ χρημάτων οὐκ ὠνητή.




Magis fac vt famam honeſtam q̄ diuitias ingentes liberis relinquas.
Hę enim mortales ſunt, Illa vero immortalis, & per famam diuitię
Per diuitias vero fama emi non poteſt.

Lucę. VI.
Ve cum laudauerint uos omnes homines.

LN 244
ex 4

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4




BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

# BEATISSIMO

## PATRI DOMINO CLEMENTI SEPTIMO.

Sacratiſſimo Cæſari D. Karolo. V. &c. atq; omnibus Regibus & Principibus totius Reipublicæ Chriſtianæ, tam ſpiritualibus quã ſecularibus, Dominis, fratribus, ſororiis, conſanguineis, confœderatis & amicis noſtris, Chriſtiernus dei gratia Daniæ, Suetiæ, Noruegiæ, Gothorum, Sclauorum Vandalorumq; Rex. Dux Sleſuici, Holſatiæ, Stormariæ, Dythmerſiæ, Comes in Oldenborg & Delmenhorſt ob ſequium, ſalutem & ſyncerum fauorem, & uiciſſitudinis rerum humanarum memoriam.

VETVSQVERELA EST DANORVM Regum cum Lubicenſibus & confœderatis Sanctiſſime pater, Sacratiſſime Cæſar, Illuſtriſſimiq; Reges & Principes, quæ neq; iam primum incepta eſt, neq; hactenus, ut definiri poſſet, illorum inſolentia permiſit. Enimuero, tametſi primæ illis opes, per quas nunc regibus formidini ſunt, noſtris ex ditionibus ſuccreuerint, tantum abfuit tamen ſemper, ut parem gratiam retulerint, ut in nullam magis rem, quam in depopulationem earum, omnes uires & neruos intenderint. Atq; id ſane iam pridem effecerunt uiperarum emulatores, a quo paulatim ad maiora aſpirãtes, regum exigendorum ius ſibi aſſumpſerunt. Teſtatur idipſum Illuſtriſſimus Rex Erycus Pomeraniæ Dux. Teſtãtur idipſum calamitates noſtræ. Teſtatur & chariſſimæ coniugis, & inſontium liberorum exilium, in quos iure bellorum, egregii ſibi bellatores agẽdum duxere. Et principio quidem ubi innotuit omnibus aduentus in Germaniam noſter, non dubitamus, quin pleriq; omnes admirati ſint rerum iſtam hanc uiciſsitudinem. Et digna erat ſane quam admiratione proſequerentur, quando neq;

Vetus querela Danorũ regum cum Lubicenſibus.

Lubicenſium & confœderatorũ opes ex Dania prouenerunt.

Lubicenſes Erycũ olim Regem Danorum expulerunt.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ignota fuit potentia noſtra(ſi tamen ulla rebus in humanis
eſt)neq; incognitæ uires, neq; abſconſa in rebus gerendis in
nos olim fortunæ benignitas. Ceterum qua id occaſione
accidiſſet, nemo erat omniũ mortalium qui non cognoſ-

Rex Chriſtiernus hactenus ſiluit.

cere deſyderaret. Et ſiluimus quidem nos, quippe qui abitra
bamur pro nobis rei indignitatem loqui, donec ab his hoſti
bus noſtris perſcriberetur, quibus nam de cauſis nos exegiſ-
ſent. Prodiere capita illa cauſarum, primumq; ad Illuſtriſſi

Capita cõtro uerſię inter regem & Lubicenſes ad Illuſtriſſimã Margarytham, deinde ad inuictiſſimũ Anglię regem peruenere.

mam Margarytham amitam noſtrã delata ſunt, Deinde
& ad Sereniſſimũ Angliæ, Franciæq; Regem Henricũ, fra-
trem & confœderatum noſtrũ peruenere. Et accepta ſunt
hincinde magna animorum ambiguitate, dum nemo non
exiſtimaret citra rationem in exilium non ſeceſſiſſe nos,
atq; ita interpretarẽtur euentũ, quaſi citra ineſtimabiles oc-
caſiones nõ accidiſſet. Nempe & hoc fœlicitatis noſtræ fuit
quod apud omnes homines multis nominibus male au-

Rex Chriſtiernus ab hominibus exiſtimatus ſceleſtiſſimus.

diebamus, dum paſſim Tyranni, ſceleſti, ſacrilegi, paſſim
impii, blaſphemi, & mille aliis uocibus ſceleratiſſimi, dice-
remur. Itaq; dũ uideremus de noſtri exiſtimatione agi, pa-
ratos non ſemel coram Illuſtriſſima amita noſtra nos obtu

Rex Chriſtiernus ſemper paratus reſpõdere.

limus ad reſpondendum, ꝙ abitraremur in æquis & iuſtis
cauſis non diu premeditandum eſſe, Sed interuenientibus
aliis negociis non ſucceſſit. Porro non id agere uolebamus
quod nunc exhibuimus, nempe Lubicenſium fraudes & in-
iuriam exponere, tantum ſimplicem quandam iuris no-
ſtri exhibitionem facere in animo erat. Atq; hæc quidem ita
geſta ſunt. Verum cum cernerent patientiã noſtram Lubi-
cenſes, in ludibriũ & contumeliam, ut ſepenumero fit, ean-
dem conuertere. Et ut breuiter dicamus, tandem effecere, ut
non ſolum noſtri, uerum etiã clariſſimi patris noſtri, Do-
mini Ioannis Regis, & inſontium liberorum no-
ſtrorum rationem habentes, ad quos magna iniuriæ pars
attinet, ſtatuerimus tandem improborum hominum fe-
rociam contundere, & clariſſimum patrem noſtrum, ad-
uerſus hominum maledicta tueri, & liberis noſtris maxi-

morum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

morum regum & principum conſanguineis, meliorem no-
ſtri memoriam relinquere, quando horum reſpectus facit,
ut nonnunquã patientiæ aliquid remittendum ſit, ne for-
te paterna illis uicia demũ obiici poſſint. Accedit quod a ue-
teribus traditum eſt, melius eſſe liberis bonam honeſtamꝗ
famam, quã ingentes opes dimitere, ꝙ per illam diuitiæ ha
beri, per has aũt honeſta emi fama non poſſit. Deniꝗ &
Chriſtianum hominem decet honeſtam ſui memoriam
relinquere, ne in reprehenſionem nimis proni ſuapte natu
ra homines, interdũ ea cauillentur, & iudicent, quæ longe
ſecus ſe habere, ueritas apertior demõſtrare poſſit. Atꝗ adeo
quotus quiſꝗ eſt mortalium qui non ipſum de nobis ſenſe-
rit, quod de altero ne exiſtimemus Chriſtus iubet? Quot
emiſſi aduerſum nos famoſi libelli? Quot cantiones de no
bis effictæ, quæ non malorum ſeries, quæ non crudelitas,
quæ non tyrannis nobis impacta? Et tamẽ an hæc ita ſint,
Chriſtus iudicet non homines, quos plerũꝗ philautia, aut
inuidia, aut inimicitia intranſuerſum agit. De nobis certe
tatũ abeſt, ut quid ſpecioſius dicamus, ut ultro etiam fatea-
mur, occulto dei omnipotentis iudicio factũ eſſe, quod tri
bus opulẽtiſſimis regnis, & aliis principatibus, exuti ſumus,
ne quis forte nimiũ propriis uiribus confidat, exiſtimetꝗ ex
opum & potentiæ magnitudine, extra omnem ſe fortunæ
aleam, extra omne dei iudicium poſitũ eſſe. Cuius rei nos
habunde magnum teſtimonium, prebere poſſumus, atꝗ
utinam tam magnum, ut omnibus Regibus & Principibus
profuturum, ſi conſyderent, quorſum hæc expellendorum
regũ initia, progredi poſſint. Quicquid id ipſum erat, Chri
ſti inſtitutione (qui obiecta ſibi crimina a ſe amolitus eſt cũ-
ꝗ in nomine Beelzebub dæmonia eiicere diceretur, plane
inficiatus eſt) edocti, ne omnia eo animo toleremus, ut nõ
aliquando noſtri curã habeamus, uoluimus & nos pari ex-
emplo agere, & tot infanda in nos commẽta, amoliri. Neꝗ
uero cantiones euulgabimus, neꝗ famoſos libellos emitte
mus, quibus omnibus quanto quis impudentior eſt, tanto

Cur iam Rex Chriſtiernus tandẽ reſpondet.

Dei iuditio expulſus Rex Chriſtiernus ne qui nimiũ opibus tribuant.

Rex Chriſtiernus nõ agit famoſis libellis veluti Lu-

 plus

bicenſes ſe
iuris diſcepta/
tione.

plus poteſt adiicere, Lubicenſium is mos eſt qui paſſim om
nibus in locis, Theatris, foro, balneis, atq; adeo inter uſurias
menſas, aliud nil uerſant q̃ noſtri ludibrium. Eam in rem
pueri conducuntur, ea illis prima eruditio eſt regium no/
men ſordidiſſimis inuentionibus cōſpurcare. Quin & pre/
mia aiunt conſtituta eſſe his, qui Chriſtiernum Regem no/
ua & ſubtiliore calumnia poſſint aſpergere. Veritatis apud
nos ratio erit, ut omnibus demum conſtare poſſit, utri ma
gis ex officio Chriſtiani hominis fecerint, an illi, qui nos
preter ius faſq;, tot regnis exegerunt, qui chariſſimam con/
iugē, Sacratiſſimi Cæſaris Karoli Quinti, Illuſtriſſimiq; Prin
cipis Ferdinandi ſororē, donatione propter nuptias ſpolia
runt, qui liberis noſtris, auitorum regnorum poſſeſſionem
preripuerunt, neq; his contenti, nomen, famam, exiſtima/
tionem, honorem, quibus nihil charius eſſe debet, adimere
uoluerunt, & quantum in illis fuit, penitus ademerunt, tot
ſparſis de nobis mēdaciſſimis rumoribus motaq; apud oēs
homines inuidia, & auerſis a noſtri reſpectu quantum fuit
potuit omniū principum animis, An nos qui ne bellum
faceremus, ſponte, quod ipſimet hoſtes fatētur, in exilium
procul ab auitis ditionibus conceſſimus, aſſumpta chariſſi/
ma coniuge, aſſumptis innocētibus liberis, Qui tot in dig/
nis modis laceſſiti, nunq̃ reſpondimus, tantum abeſt, ut li/
bellis emiſſis ferociā illorum cōtuderimus, Qui in id diſcri
mē inducti, nihil unq̃ fecimus, quo exiſtimationem noſtri
tueremur. Neq; adhuc feciſſemus ſane, niſi paſſim id om/
nes principes, paſſim omnis ordo, ſexus, cōditio requireret.
Nouimus enim quid faciendum Chriſtus iubeat, nempe ut
his benefaciamus, qui nos oderunt, & benedicamus maledi
centibus nobis, & oremus pro his qui calumpniantur nos,
& percutienti in maxillam præbeamus & alteram. Sed eui
cere tandem illorū preces, Quandoquidem pacientia eo/
uſq; locum habet, donec audaciam hoſtibus ſuggerit, ubi ue
ro iam paſſim in cōtemptum uenit, tum demum inueni/
endum conſilium eſt, quo quis uicem in hoſtes ſuam, ul/

ciſca/

Perpendite hęc principes & Reges.

Chriſti præ/ceptum quod Rex imitari voluit.

Patiētia quo/uſq; locum ha bet.

tiſcatur,ne ob id habita dicatur, quod defuerint quæ illa/
tas in calumpnias reſponderi poſſent. At nobis tale quid
tantum abeſt ut non adeſſet, ut ultro ſemper in iudicium
aduerſarios noſtros prouocauerimus rebus noſtris integer/
rimis, & ſubditorum priuſq̃ aduerſum nos fides,uacillaret,
& ſubacto opulentiſſimo Suetiæ regno. Quod ipſum Sacra
tiſſimus Cæſar Karolus Quintus,frater,ſororius,& Domi/
nus noſter chariſſimus,& Sacrum Cæſareum regimen,teſta
ri poteſt,quorum ille controuerſiæ audiendæ commiſſari/
os dedit. Hoc uero ſub pena bis mille librarum auri puri,ho
ſtibus interdixit,ne nobiſcum bellum gererent,ſed iure cau
ſam ſinerent determinari. Sed nullus apud eos iuri locus
fuit,qui acceptis his mandatis,ſubditorũ noſtrorũ animos
abalienarunt,& aperta ui,citra indictum bellum illata,om
nibus regnis ſpoliarunt. Neqꝫ tantum facinus feciſſe con/
tenti,paſſim omnibus in locis innocentiam noſtram lace/
rarunt,eoqꝫ impudentiæ genere effecerunt,ut omnibus abo
minabiles prope modum redditi ſimus,Cum uera eſſe qui/
libet crederet quæ in nos confinxerant, ꝙ ea cernerent a no
bis minime repelli. Et paſſi id ipſum ſumus hactenus, par/
tim,quod ſciremus Chriſtiani hominis eſſe æquo omnia
animo tolerare, partim quod ſatius duceremus, æqua in
cauſa male audire,q̃ citra iuſticiam & æquum commenda/
ri. Nunc demum,poſtq̃ uidimus nullum illos finem facere
ſed paſſim grauiora,& uirulentiora comminiſci,deſump
ta ex patientia noſtra fiducia,ſimul ut noſtri rationem ha/
beremus,neqꝫ tam noſtri,q̃ inſontium liberorum,& clariſ/
ſimi patris,cuius mortuos illi cineres impetunt, defenſio/
nem noſtram aduerſus traditos Lubicenſium articulos,
nobili & erudito Dño Cornelio Sceppero Nouiportuenſi
Vicecancellario noſtro , nobis ſyncere dilecto,commi/
ſimus noſtro nomine agendam , ut omnibus demum
conſtare poſſit,non perinde habitam ueritatis rationem
eſſe apud hoſtes noſtros,ſed multa aduerſus nos cõmenta
emitti. Proinde petimus a Sanctitate ueſtra,Sacra Cæſarea
maieſtate

Sacratiſſimus Cęſar Karol9 quintus teſta/ri poteſt regẽ ſemper ſtare iuri voluiſſe.

Cur tam diu tacuit Rex Chriſtiernus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Rex vult adhuc corã omnibus Regibus & Principibus iuri ſtare.

maieſtate, Celſitudinibus Regiis, & dilectionibus ueſtris, ut utriuſq; partis rationem habeant, neu confeſtim iudicent omnino, Volumus enim quod ſemper expetiuimus, iure contendere. Neq; uero protinus exiſtiment, tales nos eſſe, quales illi depinxere. Peccatores ſumus, non diffitemur, at uero alia nomina non agnoſcimus. Et uidebitis tandem ex his, quibus aduerſum Illuſtriſſimum Holſatiæ Ducem patruum noſtrum, nomen & famam purgamus, itemq; ex ea, quæ ad Danorum ſeductores eſt reſponſione noſtra, ſecus rem ſe habere, q̃ arbitrabamini, Interim neq; de nobis magnifice loqui uolumus, & celſitudinibus ueſtris totius rei iudicium committimus, tantũ meminerint, id cauendũ eſſe, ne in iudicium nimis precipites ferãtur. Deus Optimus, Maximus, eaſdem cuſtodiat.

Ex Berlinio ad Spreuiam, Viceſimo die Menſis Februarii, Anno Domini. M. D. XX IIII. Exilii noſtri Anno ſecundo &c.

## P. CORNELIUS SCEPPERUS NOVIportuenſis Candido & Chriſtiano Lectori S.

IAm tandem habes Candide Lector partem tragediæ, Nam cum triplex hoſtium genus Illuſtriſſimo Regi Domino Chriſtierno &c. Principi & Domino meo, accidiſſet, uoluit idem ut & nos diſtincto genere reſponderemus, primum Lubicenſibus, deinde Illuſtriſſimo Holſatiæ Duci, demum & Danis aliquot, per quos coniuratio preter fidem;

bis

bis preſtitam originem cepit. Itaq; ex quo Lubicenſes la-
tine ſummam rerum aduerſum Illuſtriſſimum Regem
complexi ſunt, uoluimus ne apice quidẽ immutato capita
illa accuſationis, pro ut ab illis Illuſtriſſimæ D. Margari-
thæ primum, deinde & Inuictiſsimo Angliæ &c. Regi, de-
mum & aliis promiſcue principibus tranſmiſsa ſunt, pre-
figere, ſubiuncta reſponſione. Quã, neq; tibi comẽdare, neq;
uenditare in animo habemus. Id ſolũ adiungimus, mediis
in erroribus ſcriptam eſſe, unde neq; dicendi genus conſi-
derare te decet, at ueritatis rationem ut habeas eniti. Si-
quidem quo minus accurate ſcripſerimus, noſtræ exiguitati
imputandum eſt. Cæterum omnem ſermonis inopiam ue-
ritas apertior reſarciet. Maluimus enim ueri q̃ eloquentes
eſſe. Interea, dum hæc legis, meminiſſe debes, in bonos &
Chriſtianos principes multa ſubinde a ſordidiſsimis nebu-
lonibus confingi. Quæ omnia facile percipies. Breui duas
alias partes uiſurus es diſsimili dicendi modo, quando
& argumentum paulo diuerſius eſt, atq; aliud eſt
cum principibus q̃ cum fœneratoribus agere.
Verum in id emiſſas, ut Illuſtriſsimi Regis
memoria tam indigne conſpurcata ad
meliorem tandem lucem queat
reſpirare. Quod non tam ex
re illius q̃ oĩm aliorũ Re-
gum & Principum
eſſe arbitra-
mur.

Vale ex Berlino ad Spreuiam, Menſis Februarii, die uice-
ſima, Anno. M. D. XXIIII.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

# SVMMARIVM

EORVM, QVAE PER LVBECENSEM Oratorem coram Illuſtriſſima Domina Margaretha &c. Et Imperatoriæ Maieſtatis conſilio in Mechlinia poſt humilem & debitam exhibitionem &c.

## LVBICENSES.

CAESAREA EST ET SACRI Romani Imperii urbs Lubicenſis in extremis imperii finibus ſita, maris, quod orientale ſeu Germanicum appellitāt, porta, per quam omnium commeatuū aliarūq; rerum ad omnem ferme uſum neceſſariarum ingens copia per totam pene Germaniam diſtribuitur, quæ in toto mercaturæ excurſu atq; nauigatione, quibus ſe in ſacri Imperii ditione teneat, & externam uim propulſet, neruum habet. Qui quidem mercaturæ & nauigationis uſus ad diuerſa mundi regna, prouincias & principatus in priuilegiorum immunitatū & iurium, partim ob benemerita, partim ære & ſanguine impetratorum ratione, uſu & cardine fundatus eſt, uel precipue etiam in regnis & principatibus Danorum Regi ſubiectis. Quæ etiā priuilegia ibidem ſucceſſiue ac nuper per fœlicis memoriæ Ioannem Danorū Regem Illuſtris. Domini Chriſtierni patrem atq; ipſum Dominū Chriſtiernum poſt inſpectionem originalium roborata & confirmata ſunt.

## ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS, D. CHRIStierni Daniæ &c. Regis ad precedentem articulum Lubicenſium. Reſponſio.

QVamquam in hoc negotio non magni admodū refert ingeminare quæ & qualis Lubeka ſit, quibusue opi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ue opibus & neruis predita, & quibus initiis ad priuilegia, iura, immunitatesq́ ſibi uiam fecerit, & an hoc ex portu toti Germaniæ rerum neceſſariarũ uſus proueniat, quando non hoc agitur, ut Lubeka iam primum commendetur, quæ alias, neq́ Germaniæ ob auaritiam ignota eſt, neq́ ſacræ Cæſariæ maieſtati ob rebellionẽ, illiusq́ mandatorũ contemptum incognita, quia tamen plurimum intereſt, quæ & quibus, & qualiter dicantur, uiſum eſt operæpreciũ Sereniſsimo Regi, tandem efficere, ut toti Germaniæ compertum eſſe poſsit, q̃ ſpecioſæ ſint hæ oſtentationes, quibus ſe ſacri imperii Romani Cæſareamq́ urbẽ, tum Germaniæ commodiſsimũ portum, & id genus aliis multis nominibus iactare præſumit. Quod quidem ita petit Sereniſsimus Rex ab omnibus interpretatum eſſe, ut in omnium Germanorum commodum non ſuæ Serenitatis referri exiſtimetur. Neq́ enim multũ Sereniſsimi regis intereſt, ſi toti Germaniæ commeatuum precium ſupra fas iuſtumq́ adaugeant Lubicenſes, ſi raritatem annonæ paſsim inducant, ſi nullam mercatorum, aduenarum, hoſpitum rationem habeant, ſi omnia ſibi uendicent, omnia aliis inuideant, monopolia Cæſareis uetita legibus exerceant, quando hæc utcunq́ Sereniſsimus rex, & ſi non probaret, attamen, qui non poſſet reformare, pati utcunq́ cogeretur, modo ſuæ Serenitati ſuum ius permitterent, modo non popularium animos auerterent, fœdera confringerent, ſibi palã, & publice necem intentarent, famam nomenq́ ſuum indignis modis apud omnes homines deferrent, nihil deum æquitatis iudicem, nihil principes, qui lõge aliter rem norunt, nihil homines reuerẽtes. Suo erga Germaniam hoc amori attribui petit, ut non tam ſuæ Serenitatis q̃ optimæ de omnibus meritæ nationis rationem habuiſſe uideatur, cui oſtendere in animo eſt, quem ſerpentem ſinu foueat, qui ubi longe lateq́ ſuum uirus in ſuæ Serenitatis prouincias exercuerit, impetum in totius Germaniæ ſtatus conditionesq́, in omnes principes ſit conuerſurus. Itaq́ obteſta-

Lubeka obflagitia ſua ſatis ſuperq́ cognita.

Lubeka Cæſarum contemptrix.

Germaniæ p̃cium annonæ adaugent Lubicenſes.

Lubicenſes aduenas mercatores & germanos contẽnunt.

Lubicẽſes monopolia exercent ſua in urbe.

Lubicẽſes fœdifragi.

Diffamatorii libellia Lubicenſibus contra Regem.

Lubicenſes principibus inſidioſi.

Studium ſereniſſimi Regis erga Germaniam.

 tur

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tur Regia maieſtas,ut hæc ab om̄ibus regibus principibusq; ab omnibus ciuitatibus & urbibus , ab om̄i ſtatu conditioneq; hominum accipiantur in eam partem , in quā referre decet,quæ pro ueritate dicũtur,quæ pro regum principũq; omnium,pro ciuitatum & urbium, pro omnis ſtatus conditionisq; hominũ ſumma utilitate & emolumento euulgata ſunt. Nunq̃ enim ſeſe alias induci potuiſſe illius Serenitas aperte aſſeuerat,ut his tam ineptis articulis,tam falſis ſuggeſtionibus reſponderet, niſi citra totius Germaniæ periculum,citra omnium regum & principum certiſsimũ, ni caueant,futurum exitium ſilere non potuiſſet. Vnde & factum eſt, ut tardius reſponderit , paſſusq; ſit impune tot diffamatorios libellos , tot mendaciſsimos rumores de ſe ſpargi,nihil aliud interea meditatus,niſi pacientia uincere. Quam ubi deniq; cõtemptam uidet , neceſſarium duxerit, quod omni ſtatui hominum fauſtum & fœlix ſit, beſtiam, quæ toti Germaniæ,omnibus principibus excidium meditatur,tandem in lucem producere, atq; uelut in totius orbis theatro oſtendere.

Principio, Cæſaream & ſacri Rhomani Imperii urbem ſeſe uocat. At quo tandem uultu hoc coram Illuſtriſsima principe Margaritha , coram prudentiſsimis Cæſareæ maieſtatis conſiliariis audet dicere? Nempe coram ea,cuius patrem inuictiſsimum Sereniſsimumq; principem, Illuſtriſsimum Rhomanorum Cæſarem Maximilianũ cõtempſit, nihil dico mandata ab eius Cæſarea maieſtate pro Sereniſſimo domino Chriſtierno Danorum rege, quibus a Suetorum commertio abſtinere iubebantur ſui ciues, donec Sereniſsimo regi parerent exiſtimās , nihil uerita maieſtatem. Coram uero illius conſiliariis(Sacratiſsimum Cæſarem Karolum dicit) cuius edictum pro Sereniſsimo rege legitime publicatum intimatumq; contempſit,fefellit,auerſata eſt. Neq; auerſata modo ſed nunc palam publiceq; non mandatum ſolum,ſed ipſum Sacratiſsmum Cæſarem Karolũ (cui ſe parere ait ) uilipendit,irridet,& inſectatur,aperte innuens,

Quare inductus Sereniſſimus rex ut Lubicenſibus reſponderet.

Quantũ periculũ ex Lubekę ſucceſſu. Germanis iminet.

Cur Sereniſſimus rex tardius reſponderit diffamatoriis libellis.

Pacientia regis contempta,

Lubeka excidium principibus meditat.

Lubeka ſe Cęſaream vrbē vocat cũ Cæſares oēs contemnat,

Lubicenſes duo mandata ſacratiſſ. Cæſaris Maximiliani contempſerunt,quę ꝓ ſereniſſimo rege emiſſa fuerant.

Lubicenſes vnũ mandatũ Karoli Cæſaris contemſerũt quod ꝓ rege faciebat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

nuens, q̃ bene ſibi cum rege Francorum conueniat, apud quem oratores ſuos preterita eſtate aperte continuit in magnum Sacratiſsimi Ceſaris Illuſtriſsimæq; D. Margarithæ,& conſiliariorum præiudicium, in ſummum uero detrimentum totius ditionis Cæſareæ maieſtatis, cuius conſilia, intentionem, apparatum nõ ſine ſummo rebellionis iudicio tacitæq; confœderationis eidem hoſti ſceleſtiſsime communicant. Quam ſi negare uelint, at ſaltem oratores ſuos apud eundem fuiſſe diſsimulare non poſſunt. Coniiciant alii quidnam effecerint, eo preſertim tempore, quo gliſcentibus bellis de rerum ſumma certatum ſit. Huc pertinere poſſunt, q̃ poſterius explicabũtur, quo modo fœdericũ alium item Karolum Cæſarem contempſerint, quos digna petentes ad Sereniſsimorum Daniæ regum utilitatem indignos duxere Lubicenſes, quibus animũ aduerterent, tantum abeſt, ut morem geſſerint. Quæ, cum talia ſint, atq; ipſi talia eſſe negare nõ poſsint, quomodo adhuc ſuam urbem Cæſeream ſacriq; Rhomani Imperii eſſe aperte mentiri nõ uerentur? Quaſi uero Illuſtriſsima Margaritha, Clariſsimiq; Cæſareæ maieſtatis conſiliarii urbem, quæ Maximilianum contempſit, Karolum aſpernata eſt, atq; indies ea meditatur, quæ Sacræ Cæſareæ maieſtati uel in totum officiunt, quæ fœdericum itemq; alium Karolum piæ memoriæ Cæſares contumeliis probroq; affecit, ſpretis illorum edictis & iuſsionibus, adhuc putent Cæſaream eſſe ſacriq; Rhomani Imperii Aut non potius probe cognoſcant quorſum hæc uergant, quæ, in Sereniſsimum regem commiſere, qué certe & ſi non alio nomine, at ſaltem, quia Sacratiſsimo Cæſari Karalo cõfœderatus fuit, quia illius ſororius, quia ſanguine animoq; coniunctus uereri debuiſſent, ſi ſacratiſsimo Cæſari Rhomanoq; Imperio, cui ſemper Sereniſsimus rex amicus fuit, ipſi uero expilatores, ex profeſſo fauiſſent, cum preſertim pecierit Sereniſsimus rex coram omnibus Chriſtianis principibus iuri ſtare, ſuamq; cum illis cauſam committere.

Lubicẽſes cũ rege Francorũ cõfœderati

Lubicẽſes ſecreta conſilia Cæſaris regi Francorũ euulgant.

Oratores Lubicenſiũ p̃terita ęſtate cũ rege Francorũ deprehẽſi.

Lubicẽſes Fridericũ Cęſarẽ item Karolũ Quartũ contempſere.

Lubicenſes ſi Cæſari fauiſſent aliquid ſororio ſuo ius peteti detuliſſent, neq; tam indigne regnis exuiſſent.

Rex Danorũ iuri volebat coram omnibus Chriſtianis principibꝰ ſtare, priusq̃ regnis exueretur.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Lubeka qualis porta maris germanici.

Impoſturę lubecenſiū quãtę.

Lubicẽſes germanorū Danorumq; mercatorum ſanguine ſaginati.

Germanię iactura quanta proueniat ex Lubeka.

Quomodo mercatores in Lubeka opprimuntur.

Lubicenſes p animi libidine preciū determinãt mercib⁹ extraneorum mercatorum.

Lubecenſium nequitia.

Aduenę qualiter lubekæ tractantur.

At uero, ut Cæſarea ea ſit Sacriq; Romani Imperii ciuitas, doneturq; illi, quod impune Maximilianum Carolumq; contempſerit, quando hoc ad Sereniſsimi regis cauſam parum pertinet, His addatur, ſi ita lubet, q̄ in extremis finibus Imperii ſita maris aperti porta ſit, & multa alia, quæ ſubiiciuntur, uidendum erit Germaniæ principibus, totiq; Germaniæ, omnibusq; & ſingulis ſtatibus conditionibusq; hominum, q̄ uera ſunt, quæ ſubiunguntur, eam eſſe, per quã ingens copia omnium commeatuū, aliarumq; rerum ad omnem ferme uſum neceſſariarum per totam pene Germaniam ſubuehitur. Ea uero res, quantis fraudibus & impoſturis plena ſit, utinam toti Germaniæ tam plane conſtaret, atq; uerisſimum eſt, ad omnes æque iacturam peruenire, cum ſoli Lubicenſes aduenarum Germanorum, Danorum ſanguine ſe exſatient, auctis Theoloneis, uectigalibus, nouis impoſitionibus adhibitis, inuentis nouis fraudū generibus, quibus Germanos, Danosq; mercatores miſere premunt, non in mercatorum modo detrimentū, ſed grauem totius Germaniæ iacturam, & inecompenſabilem ruinam. In ea enim urbe, quam portam uocant totius maris orientalis, quæ non exactiones, quæ noua commenta non excogitãtur? Neq; enim mercatoribus, qui eo applicuerūt, fas eſt & liberum merces ſuas alio euehere, ſed ubi primum peruẽtum eſt ad egregiam illam orientalis maris portam, coguntur miſeri aduenæ Germani, Dani, aliiq; merces ſuas, quas magnis ſumptibus, magno cum labore eo peruexerunt, æquo an iniquo (nihil refert) præcio ciuibus proſtituere. Neq; liberum eſt miſeris mercatoribus, aut pinguiorem fortunam inſectari, aut alio cum mercibus concedere, ſed ſtatim ad unius Lubekæ nutum uoluntatemq;, omnia miſeris relinquenda ſunt eo ſtatuto præcio, quod auari homines ſibimet determinant. Duplici ſcelere nõ parū infames, & quod aduenas præmūt, & quod auaritiæ ſuæ pro animorum libidine conſulunt. Qua in re, quamq̄ plurima ſunt, quæ merito non debeat ferre Germania, tamen id uel primum

mum

mum locum obtinere debet, quod aduena aduenæ bonorum ſuorum copiam facere prohibetur. Ita enim excogitarunt ſordidi homines, omnium ſtatuũ expilatores, & principum ex profeſſo inimici, utile ſibi futurum eſſe, ſi ipſi primum merces omnes exiguo precio compararent ab aduenis, deinde aliis maximo uenderent, eo ſcilicet, quod inſatiatæ Charybdes ſuæ auaritiæ præſcribunt. Vnde fit, ut decuplato, merces in Germania, quã lata eſt, ueneant, dũ ipſi pro cupiditatibus ſuis omnia adaugent, nulla Germaniæ, nulla Daniæ aliarumq́ prouinciarũ habita ratione, & reſpectu. Quo factum eſt, ut aliquot annis piſces halecesq́ in Germania iniquiſsimo precio uenierint, dum Lubecenſes confœderatiq́ ſuis priuatis cupiditatibus inſeruientes reliquæ Germaniæ ex profeſſo graues & exiciabiles fuere, in ſummũ omnium hominum detrimentum, tum pauperũ preſertim, quibus iam fere nihil relictũ eſt ab Lubicenſium auaritia, quo uitam ſuſtentent, liberosq́ foueant. Quorum clamor, ſi quis forte ad aures principum peruenit, meminiſſe debet, ſe eam urbem, unde tota hæc contagio ortum habuit, longe aliter obſeruare debere, niſi & ipſi tandem ſimilia perpeti decreuerint, quando longius progreſſa eſt illius iniquitas, q̃ ut tuto magis ſuſtineri poſſit. Quid enim indignius, q̃ hæc uulgo recenſeri aduenam aduenæ non poſſe mercium ſuarum copiam facere? Aut quid magis tyrannicum, q̃ miſeros hoſpites ad indignum precium compellere? Quid deniq́ exitioſius Germaniæ, q̃ Lubicenſibus liberum eſſe, quo ab auaritia ſua compelluntur, precio bona proſtituere? Et Germaniam diuitiis & opibus, principes uero auxiliis exhaurire? Tametſi ſpes eſſe poſſit melius futurũ propediem, cum mercatores & aduenæ tam inſignis iniuriæ, quæ ſibi Lubekæ infertur, pertæſi, procul in inferiorem Germaniam, ubi cum ratione debitaq́ moderatione uerſantur, merces omnes ſuas contrahant, longe preferentes magni itineris iacturam facere, q̃ ſe ſuaq́ predonibus illis & ſanguiſugis faciliore compẽdio committere. Quorum exemplo

Lubekę extranei mercatores nõ poſſunt extraneis ſuas merces vendere.

Decuplato p̃cio Lubicenſes Germanis merces ſuas vendunt.

Quod piſces & haleces tã care fuerũt aliquot annis in Germania, in cauſa fuere Lubecenſes.

Lubecenſes Germaniã depopulantur, Lubeka obſeruari debet a principibus Germanię.

Prouerbium apud Lubicẽſes.

Exhauſta germania per Lubecenſes.

Quare mercatores Germani in inferiori Germania mercãtur.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

emplo & reliquos cautiores eſſe conueniat, & principes magis inuigilare his rebus, quæ in ſuam & ſuorum omnium commoditatem ſunt acceſſuræ.

De potentia Lubicenſiũ.

Porro, quod ad illius urbis potentiam ſpectat, quam ipſimet non dubitant aſſerere, non eſt, quod Sereniſſimus rex reſpondeat. Neq; enim in obſcuro eſt diuitem, opulentam, ſuperbam eſſe. Sed id quibus initiis? Quod ipſum, quandoquidem maxime refert Germaniam cognoſcere, ut initiis beſtiæ depromptis, liquidum eſſe poſſit, quibus modis ad iſtam ſuam potentiam peruenerit, & neruum acquiſiuerit, quo ſe in Romani Imperii ditione teneat & externam uim propulſet, noluit id Sereniſsimus rex Germaniæ inuidere, ſed palam publiceq; oſtendere, ut rebus ſuis melius Germania conſulat, & principes diligentius obſeruent, quorſum iſtius beſtiæ conatus ſint euaſuri. Ad id uero partim priuata partim publica Germaniæ cauſa, Illuſtriſſimus rex permotus eſt, quandoquidẽ plurima ſibi adempta eſſe citra omne ius fasq; a Lubicenſibus coram omnium principum conſiliis, omnium ſtatuum conditionibus, grauiſſime conqueritur, ſubinde obteſtatus, ut ſuæ Serenitatis nulla ratio habeatur, niſi oſtenſurus ſit q̃ inique cum maioribus ſuæ Serenitatis primum, deinde ſecum egerint auari iſti, & ſordidi Germaniæ predones & ſanguiſugæ.

Quibus initiis in tantam potentiã ſuccreuerit Lubeka.

Germaniam oportet meliꝰ rebus ſuis cõſulere cauſa lubicenſium.

Q̃ inique Lubicenſes cum egibus Danoum agere ſoti ſunt.

Quamq̃ enim ea eſt urbs Lubeka, quæ in id potentiæ ſuccreuerit, ut omnibus regibus & principibus ſit formidoloſa, tamen Danorum regibus ſuæ Serenitatis predeceſſoribus ea in urbe ius fuiſſe apertiſsime proteſtatur, quo ſuæ Serenitatis predeceſſores, & ſe deniq; iniquiſsime ſpoliatum eſſe conqueritur. Quæ omnia, ut melius conſtare poſſint, altius quædam repetenda ſunt, ut rei ſeries per ſeſe magis queat illuceſcere.

Regum Danorum ius in Lubekam.

VVoldemarus enim clariſſimæ memoriæ quondam Danorum rex inter alia edificia & fundos & uicos pleno iure legitimeq; poſſedit arcem Lubekæ cum his, quæ ad eam pertinebant, quam hodienum Burgum uocant. Deinde & uicum

VVoldemarus Danorum rex.

Arcẽ quę Lubekę ter burge uocatur iu-

uicum integrum intra menia, qui adhuc Regiæ Stratæ nũ-
cupationem ſortitur. Fueruntq́ in legitima poſſeſsione il-
lorum omnium, ſucceſſores VVoldemari, hoc eſt, Danorũ
reges, ad ſexaginta fere annos. Quo tempore liberum illis
fuerat, & preſidia arci imponere, & ſeſe, ſi quãdo lubebat, in
eandem recipere, eo iure, quo in ſua legitimi poſſeſſores po
tiuntur.

Vicũ qui Lubekę Coninck Strate uocatur regum Danorum eſſe.

Deinde & tributum annuum pendere Danorum regi-
bus Lubicenſes ſoliti fuere. Idq́ VVoldemaro clariſſimæ
memoriæ ſucceſſoribusq́ Danorũ regibus diu contribuere.
Cuius, quum ſuperbos homines puderet, Fridericum Cæſa-
rem ingenti pecuniarum ſumma ad ſe trahere nitebantur,
utq́ ſe tributo, quod Danorum regibus pendebant, liberare
dignaretur, impellere. Adeo etiam quæ iuſtiſſime pende-
bant, iniquiſſimi homines uolebant irrita eſſe. Sed non ſuc
ceſſit perinde ex animi ſententia. Quamquam enim gran-
dia fuerãt, quæ Illuſtriſſimo Friderico cõtribuerant, ſpemq́
adhuc illius maieſtati fecerant ampliorum munerum, mo
do iuſte an iniuſte, quid enim hoc ad Lubicenſes? ſibi tri-
butum remitteret, uoluit tamen clementiſsimus & pruden-
tiſsimus princeps iure negocium non pro illorum libidine
tranſigere, aperte iam tum oſtendens ſuam illis ſuperbiam,
& inſatiatam auaritiã. Itaq́ diligentiſſime reuoluto iure,
quod in Lubecenſes reges Dani habuere, rimatusq́ ſolertiſ-
ſime ea omnia, quibus putabat Lubicenſibus ſubueniri po-
ſſe (Quorſum enim non impellũt munera?) atq́ omnem,
quod dici ſolet, lapidem reuoluens, cum nihil inuenire po-
ſſet, cuius prætextu auderet ſuum Lubicẽſibus tributum re-
mittere, euictus iuris robore, quod regum Danorum erat,
ſatius duxit in præſentia aliquanta munerum parte carere,
q̃ perennem infamiam corrupti muneribus iudicii ſibi aſ-
ciſcere. Hæc incunabula fuere tam potẽtis belluæ, hæc tam
magnarum opum initia. Iam tum meditata eſt ius omne
euertere, Cæſarem perpetua nominis infamia aſpergere, &
cuius ſeſe uocat urbẽ principis, illius clariſſimas res geſtas fœ

Lubecẽſes regibus Danorum tributũ pendere ſoliti.

Lubecenſes Fridericũ Cæſarem muneribus corrũpere ut ipſis tributum quod Danię regib9 dabant, remitteret.

Fridericus Cęſar uiſo iure regum Danorũ noluit Lubecenſibus tributum, quod Danię regib9 debebant, dimittere.

Incunabula Lubekæ.

Egregie meriti ſcz de Friderico Cæſare lubecenſes ſi illū, ut falſo iudicarent potuiſſēt impellere

do auaritie criminæ penitus obducere. Bene ſcilicet de ſuo Cæſare meritura, ſi illum contra omne ius faſq;, contra omnium ordinum conſenſum falſi iudicii calculo contaminaret. Egregiam urbem Cæſaream, quæ de optimo Cæſare ita mereri ſtudebat? Et cuius maieſtatem reuereri debuiſſet, illum contra fas & æquum nitebatur impellere. Sed exigua hæc fuere, ſi cum his, quæ conſequuta ſunt, conferantur.

Inauditū factum & grauiſſimum ſcelus Lubecenſiū.

Quandoquidem, cum uiderent ſuperbi illi prædones parū ex animo conatus ſuos procedere, neq; ualere munerū ſuorum apud Sacratiſsimum Cæſarem, perditam amplitudinem, ſed illum nominis ſui rationem habere maiorem, q̄ ut ab æquitate declinaret, conſilium iniere, quo non eſt auditum aliud aut ſceleſtum magis, aut magis abominandū.

Inſidię Lubecenſium.

Quod cum exequi conarentur, oblata eſt rei peragendæ occaſio. Siquidem carnispriuii tempus (ut noſtri loquuntur, ut autem ueteres lupercaliorum) inſtabat, quod oportunū

Quomodo arcem regis q̄ Lubekæ erat occupauerint Lubecenſes.

rati facinori exequendo, numeroſam choream inſtruxere ſub palliis armatorum hominum, eamq; ad dictam arcem gaudii prætextu ducentes arcis præfectum incautum & cōpoſitæ fraudis neſcium intromiſſi, cum illius præſidio trucidarunt, ſcelus ſceleri accūmulantes.

Lubecenſes ꝑ fraudem occiderunt pręfectum arcis media pace cum oṁibus cuſtodibus.

Primum, dum homines nunq̄ de ſe male meritos, ſed amicos & conciues miſere citra omnem rationem trucidarunt. Deinde, dum Daniæ reges de facto arce, uico, fundis, tributo, nullo intercedente bello, nulla animorum diſcordia ſpoliarunt, idq; in perpetuum, quando nunq; poſtea reſarcitum eſt commiſſum illud, quod merito omnes Chriſtianos principes in ultionem ſui deberet prouocare. Si enim ob unius mulieris necem quondā tota fere tribus BenIamin omnium Iudæorum conſenſu deleta eſt, quæſo quid dignum ſatis excogitari poſſit his prædonibus, qui nunquā de ſe male meritos

Magna iniquitas Lubecenſium.

nulla ratione, gaudii prætextu interemerunt? Et amicos reges ſuis rebus tam indigne exuerūt? Non auſus id fuerat iure Fridericus Cæſar, & id Lubicenſes ui perpetrarūt. Defendi non poterat, ſi iudicatum fuiſſet citra ſanguinem, quod

tanta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tanta cum ſtrage hominum Chriſtianorũ commiſſum, ipſi exiguum putant, quæſo quid hoc aliud eſt, q̃ deum imprimi peierare, deinde q̃ Cæſarem cõtemnere? Voluit prudentiſsimus Cæſar regibus Danorum ſuum ius eſſe, & Lubicenſes tanto Cæſare inferiores, ad quod iure admonebãtur, ui auſi ſunt perfringere, unoq; tempore impias manus innocuo ſanguine, ſinum ſpoliis, animum fœdo libidinis crimine contaminare, nihil iuri gentium, nihil fidei Chriſtianæ, quæ ſua omnibus reddi iubet, nihil Cæſareæ maieſtati, cuius ſe ſe ciuitatem uocant, nihil regio nomini deferentes. His rebus, quid mirum, ſi in eas opes coaluerint? cumq; impune iura perfringere, aliena ſpoliare, innocuos interimere, Cæſarem & deum contemnere, Lubecenſibus permiſſum ſit, quid admirandum eſt, ſi in id potentiæ ſuccreuerint? Aliis capitale eſt iuri contraueniſſe, abominandum, Cæſarem contempſiſſe, inexpiandum, cedem committere, infame furto manus iniicere, quæ tamen omnia gloriæ ſibi ſordidiſſimi latrones aſſcribunt. Hæc iudicent Chriſtiani Principes, hæc iudicet omnis ordo, ſexus, natio, an liberum ſit ita ſceleribus intabeſcere, ut non aliquando pœna præſens ſubſequatur. Et iſta quidem priuata regis calamitas eſt, Publica totius Germaniæ quod illiꝰ e uiſceribus illæ opes exhauriuntur, quibus Lubeka regibus formidoloſa. Itaq; nõ ſuo neruo exteram uim propulſant, neq; ſe ſub Cæſaris ditione tenẽt, ſed exhauſtis penitus Germaniæ medullis in reges principesq; deſeuiunt. Neq; in ſacratiſſimũ Cæſarem Carolum uerentur impium linguæ uenenum diſtringere, & apertam interea uim meditari, nimirum, cũ illis opes ſuggerat Germania, quam tributis, exactionibus, impoſturis tam miſere deglubant, adeo ut illis milites ſufficiãt, pecunias ſubminiſtret, utq; uno uerbo cõcludatur, pro Lubecenſibus aduerſus omnes reges & principes bellum gerat. Siquidem ſi cladem accepit Lubeka, ſi claſſem naufragio amiſit, ſi bello nauis in hoſtium poteſtatẽ uenit, ſi captus ciuis, ſi direpta cymbula, ſi fortuito igne ædicula cofla-

Inaudita ſcelera Lubecenſium contra reges Daniç.

Vnde opes Lubecenſiũ initium habuerũt

Publica Germaniç calamitas a Lubecẽſibus.

Linguæ uenenum in Karolum Cęſarem palam diſtringunt Lubecẽſes.

Germania ꝑ lubeka aduerſus hoſtes bellum gerit quã a Lubecenſes Germaniã diuitiis exhauriunt.

Omnia detrimenta quę Lubecenſes accipiunt, cogitur Germania nouis uectigalibus reſarcire. Germanię patientia quę nō conſyderat q̄tum opprimitur a Lubicenſibus & cōfœderatis.

grauit, protinus mercibus nouum uectigal imponitur, reſarcitur hoc genere, quod perditum eſt, reficitur claſſis, conducitur miles, erigitur conflagrata ædicula, idq; Germaniæ ſumptibus, cum ædiculæ unius aut cymbulæ iacturam tota luat Germania. Ad hæc, diutinum in Danos bellum hac impoſtura conficitur. Eiiciuntur principes, idq; nullius magis q̄ Germaniæ iactura, quæ ad hæc tacita ſilet, patitur exhauriri opes ſuas, ſuſtinet decuplari merces, augeri uectigal, inueniri noua & inſolita cōmenta, eaq; omnia in ſanguiſugarum illorum compendium & utilitatem. Neq; finis huic tam fraudulentæ inuentioni unq̄ futurus eſt, ni modum tandem adhibeant Germani principes, quo inſatiatā illius belluæ cupiditatem cohibeant. Hæc, quia magnopere interſunt totius Germaniæ, omniumq; regum & principū, noluit ignota eſſe Sereniſſimus D. Chriſtiernus Danorum rex, pro ſuo erga Germaniam amore, cui omnia bona ſemper apptæcatus eſt, pollicetur q;, ſi remedium adhibere uelint Germani principes, non defuturā ſuæ Serenitatis operam & conſilium, quando quo minus uires cōiungat, hoſtium malicia effectum eſt.

Sereniſſimus rex operā ſuā & conſiliū germanię pollicetur, ſi ſe velit in libertatem aſſerere aduerſus mercatores illos.

Priuilegia cęde et ſanguine Lubicenſium acquiſita.

Q̄egregij bellatores ſint lubecenſes ſordidi mercatores

Fœdifragi lubecenſes.

Execrandę opes Lubecenſium ex Germanię ruinis.

Hoc Germaniæ totius magno detrimento ſibi priuilegia comparauerunt, hoc ad cedem, ad ſanguinem uſi ſunt, quo non pauca ſibi nactos eſſe neq; ipſi ſilere poſſunt. Sed eadem, qua potentiam, ratione. Neq; enim militari more ſordidi mercatores unquam dignum uiris opus edidere, ſed peſſimis circumuentionibus animos populariū a regibus auerterunt, eoq; modo uiam ſibi per inſidias ad conſequenda, quæ uoluerunt, conſtruxere. Aut in regna rege deſtituta impetum fecere, tam bello mali q̄ pace peſſimi. Quandoquidem nullam pacis rationem unquam habuerunt, ſed ſurſum deorſum, quo a libidine ducebantur, omnia permiſcuere. In pace bellum gerentes & bello pacem. Illis execrandis opibus, quas ſibi ex Germaniæ ruinis pepererere, ad Daniæ, Suetiæ, Noruegiæ excidium uſi ſunt, cumq; iure ſtare Sereniſſimus D. Chriſtiernus Danorum rex cuperet, inq;

ret,inqꝫ id Cæſareum mandatum,deinde & deputatos ha,
beret,bello præuenire maluerũt Illuſtriſſimum principem
D. Fridericum Holſatiæ ducem Serenitatis ſuæ patruum
in illum conuerterunt, populum ſacramento exuerunt,
Sereniſſimi regis coniugem chariſſimam Sacratiſsimi Ca
roli Cæſaris ſororem cum paruulis liberis,ipſum deniqꝫ re,
gem nil aliud q̃ ius requirentem,extorrem egerunt,necem
intentaturi,ſi potuiſſent, quando non contenti fuiſſent
Sereniſſmũ regem regnis opulentiſſimis exuere,ſed,ut pa,
lam publiceqꝫ proteſtati ſunt,indigne peremiſſent, niſi de,
us aliter longe negocium uoluiſſet confici. Deinde Illuſtri,
ſſimam reginam,nobiliſſimam principem, Sacratiſſimiqꝫ
Cæſaris ſororem ,Chriſtierno Friderici Holſatiæ ducis, qué
in patruelem inſtigauerant, filio deſpondiſſent, gemino
ſcelere perfidas manus contaminaturi, cum regem, cuius
nomen auguſtum eſſe debet,non uererentur perimere & in
ſacratiſsimi Cæſaris domini ſui,ut aiunt,ſororem ius uſur,
paſſent,deniqꝫ & ſceleſtis nuptiis nobiliſſimam principem
non ueriti fuiſſent alligare citra omnem Sacratiſſimi Cæ,
ſaris conſenſum mariti interfectori chariſsimam coniu,
gem deſponſuri. Eſtiment hæc prudentiſſimi principes &
uel tandem admirentur inauditam ſordidiſſimorum ho,
minum audaciam,qui eas res aggredi non uerentur,quibus
maximi reges potentiſſimiqꝫ principes poſſent ſuccumbe,
re. Quid uero indignius,q̃ plebeiæ ſortis homines idipſum
contra nobilitatem machinari? Aut quid magis timendũ
om̃ibus principibus, q̃ ne idipſum,quod in Sereniſsimum
regem auſi ſunt ſordidi mercatores,tandem in omnes pro,
miſcue conuertant? præſertim cum illorum magnæ uires
ſint, illæqꝫ paſſim & in inferiore Germania,& in clariſſimo
Angliȩ regno & alibi? Solet em̃ ita uulgi ſeuities efferri,ut cũ
ſuæ ſortis hominibus ſemel proſpere uiderint ſucceſſiſſe,ſi,
milia audeant animorum aggredi contentione, & in ſuos
principes paribus auſpiciis debacchari, ut non immerito a
Demoſthene populus inter infeſtiſſimas belluas enumera,

Lubecẽſes patruũ Sereniſſimi regis ducẽ Holſatiȩ in regem armarũt

Sceleratiſſimũ cõmentũ Lubecenſium.

Lubecẽſes regem Chriſtiernũ uoluerũt occidere.

Lubecẽſes domini Chriſtierni regis uxorẽ Cȩſaris Karoli ſororẽ in animo habebant,occiſo rege,filio ducis Holſatiæ deſpondere.

Ingens audacia ſordidorũ hominum.

Periculũ toti nobilitati, ni caueant, imminet,idqꝫ certiſſimum.

Potentia Lubecẽſium formidanda regibus.

Vulgi conſuetudo.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Principes germanię debere ſibi ꝓſpicere. Democratiãq; intendunt facere Lubecēſes. Popularis ſtatus & Democratia uitanda principibus.

ratus uideri poſſit. Sed hæc ita interprætari principes petit Sereniſsimus Danorum rex, ut uel tandem ſuo exemplo diſcant rebus ſuis conſulere, & ſtrictū in eos omnes gladiū prudentia & fortitudine abigere, ne tandem abominanda illa democratia, ita paſſim omnia occupet ut principibus nihil reliqui eſſe poſſit. Quæ iam pridem ex uirulentiſsimis predonibus exorta, latius breui ſerpere conabitur ni reliqui principes communibus auſpiciis ocyus ſubueniant & ſuperbientē belluam tandem intra ſepta contineant, quæ occupatis tribus opulentiſsimis regnis non immerito omnibus formidoloſa eſſe poſſit. Et hæc de potentia & priuilegiis.

## LVBECENSIVM ARTICVLVS Secundus.

AT quoniam retroactis temporibus idem D. Ioannes Danorum rex per multiplicem iniuriam, eorundem priuilegiorum infractionē nauium præcioſarum rapinam Lubecenſibus, & ipſis fœderatis ad bellū cōtra ſe ſuſcipiendū ſupremā neceſſitatē impoſuit, adeo etiam ut terra mariq; aperto, & cruento marte concertatū fuerit, attamen domini dono ea fax, hi ardores belli, pacis beneficio extincti ſunt, depoſita arma, reuocata in ſtationem claſſis, miſſi ſtipendiarii, iuncta uetus amicitia, data ſpes altioris quietis & pacis, nec eadem illa pax uulgare nomen ſortita eſt, ſed utrimq; perpetua appellata, quam ſubſequuta eſt priuilegiorum prædictorum confirmatio. Quæ etiam pax & ſigillis regum Ioannis & Chriſtierni ac procerum regnorum munita & roborata, tenuitq; eadem mediocriter ſuperſtite dicto Ioanne rege, poſtq̃ ille rebus humanis ceſſiſſet atq; rege Chriſtierno, patri in regno ſuccedente, res nonnihil mutari cœperunt atq; meſtiores eſſe.

Illuſtriſsimi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

# ILLVSTRISSIMI D. CHISTIERNI DAniæ &c. Regis ad ſupraſcriptum Lubicenſium articulum. Reſponſio &c.

SVperiore articulo, quoniam de confirmatione priuilegiorum Lubicenſium per clariſsimæ memoriæ D. Ioannem Danorum regem &c. Illuſtriſsimi D. Chriſtierni nunc Daniæ &c. regis patrem mentio facta eſt, neq; ad id reſponſum, quando hic articulus inſignem illius rei mentionem facit, operæprecium eſt ſuo ſingula ex ordine producere, ut omnibus conſtare poſſit, quantum bellua illa ſemper paci bellum prætulerit.

De confirmatione priuilegiorũ quorũ mentio facta eſt precedente articulo.

Lubecenſes ſemper bellũ paci prętulere.

Principio igitur fatetur Illuſtriſsimus D. Chriſtiernus Danorum &c. rex confirmata fuiſſe Lubecenſium priuilegia per clariſsimæ memoriæ patrem ſuum D. Ioannem Danorum regem. Sed quibus conditionibus? Ingenioſa profecto bellua eſt, quæ ſua quidem egregie reſpicit, aliorum uero ne meminit quidem. Confirmata fuere priuilegia. Non negat Illuſtriſsimus rex. Sed ita fuere confirmata, ut Lubecenſes ſigillis, fide data, literis inſignibus præſtitis, ſeſe receperint Suetis Illuſtriſsimo Ioanni rebellibus nullum ſubſidiũ penitus ſubminiſtraturos, temperaturos a Suetorũ commertio, donec Illuſtriſſimo regi ſubderentur, nihil cum Suetis negocii habituros, donec Illuſtriſsimo regi parerent. Hac conditione Lubecenſibus ſua priuilegia confirmata ſunt Illuſtriſsimi Ioannis regis benignitate. Iſta illi aliter habere, negare, inficiariq; audebunt? At res comperta eſt, pignori ſant illorum ſigilla, teſtantur ſolennes literæ Illuſtriſsimo regi præſtitæ, & res hæc tam omnibus nota eſt, ut fruſtra nunc inculcetur. Hæc fuit priuilegiorum confirmandorum baſis, hoc fundamentum nõ tunc ſolum obſeruatum fuit, ſed in omnibus tractatibus, fœderibus, conuentionibus, quæ poſtea cum Lubecenſibus habitæ ſunt, prout luce clarius oſtenſurus eſt Sereniſsimus Rex, neq; illi ſunt negaturi.

Conditiones quibus confirmauit Ioãnes rex, Lubecenſiũ priuilegia.

Lubecenſes ſigillis ſuis obligarunt ſe nullum Suetis cõmercium habituros.

Literę ſigillaq; Lubicenſium apud Sereniſſimũ regẽ.

Quæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Quæ, cum talia ſint, nunc uidendum eſt, q̃ uera ſunt, quæ hic abticulus continet, q̃ retroactis temporibus per multiplicem iniuriam, ſecundum priuilegiorum infractionem, nauium præcioſarum rapinam Lubecenſibus & ipſis fœderatis ad bellum contra ſe ſuſcipiendum Ioannes rex ſupremam neceſſitatem impoſuit.

Lubecenſes hoc articulo ſemet cõuincũt.

Et certe hac in re apertiſſime ſemet conuincit illa inſolens bellua, oſtenditq; q̃ fuerit in bellum ſemper q̃ in pacem pronior, nimirum, quæ longe bello q̃ pace fœlicior eſt, & iure minus q̃ iniuria beata. Quo modo uero Ioannes rex ſupremam illis neceſſitatem bellandi impoſuit? Rapinas (ait) nauium præcioſarum fecit.

Lubecenſes p̃ter ſigilla ſua & literas datas a Suetis merces extulere.

At quur non idipſum faceret? Polliciti fuerant Lubecenſes nihil ſe cõmertii cum Suetis habituros, & ſtatim obliti omnium literarum præſtitarum, obliti conditionum, quibus priuilegia illis confirmata fuerant, non clandeſtinum modo cum Suetis contra fidem Ioanni regi præſtitam, commerciũ egere, ſed palam publiceq; naues ſuas Suetorũ bonis onerauere, Suetos aperte nauibus, ſubſidiis, conſilio, ope, in regem Ioannẽ inſtigauere.

Lubecẽſium naues q̃ captę fuere a Danis, plenę fuere mercibus Suetorũ unde iure belli potuere diripi.

Quæ cum facerẽt, cur non licuit Illuſtriſsimo Ioanni dolum uiribus repellere? & hoſtium ſuorum bona & merces in Lubecenſium nauibus repertas, in ſuæ Serenitatis uſum cõuertere? Quis hic principũ non putabit Illuſtriſsimo regi Ioanni cauſam fuiſſe, cur in Lubecenſium naues impetum faceret. Aut uter fœdus uiolauit uter iniuriam intulit, uter priuilegia infregit, uter belli cauſa fuit? An is ne qui prior occaſionem præſtitit, ꝙ fœdus uiolatum ſit, ꝙ effracta priuilegia? Atqui ſi prius cum Suetis commercium habuit Lubeka, ſi prius naues ſuas Suetorum bonis onerauit, ſi contra ius iurandum præſtitum in Suetiam nauigationem exercuit, quur non licuit Illuſtriſſimo Ioanni in fœderum perfractores, iuramentorum transgreſſores, merita ui quod legibus iureq; non poterat agere?

Iuſtiſſime rex Ioannes Lubecenſium naues Suetorum bonis onuſtas cepit.

Tũc enim uis locum habet, ubi iura ſpernuntur, ubi religio contemnitur, ubi ſacramentum uiolatur. Aut cur non potuit redactis, quæ Suetorum merces uehebant, in poteſtatem

nauibus,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

nauibus,ſuam Lubecenſibus perfidiam oſtendere,palamꝗ
euincere illos indignos eſſe confirmatis a ſe priuilegiis,qui
quo minus digni permanerent,primi effecerant? Ad id enĩ
natura agimur non ſtudio,ut periuris ex animo male ue-
limus,ad id facti ſumus non edocti, nati non aſſueti , eam
rem natura nobis indidit non nutritio, generoſitas ſuadet
non Tyrannis,ut minime mirum uideri poſſit, ſi Illuſtriſsi
mus Ioannes rex Lubecenſium naues,ſed non tam Lube-
cenſium q̃ Suetorum,in poteſtatem redegerit. Itaꝗ non in
tulit Lubecenſibus iniuriam Ioannes rex , ſed ipſi ſibi exiti-
um ſtruxere. Non infregit Lubecenſium priuilegia , ſed ipſi
per transgreſsionem ſuis indignos ſe reddidere. Nauium
Lubecenſium rapinam non exercuit, ſed ipſi ſuas Suetorũ
bonis onuſtas hoſtibus obiecere . Quæ erat hic belligerendi
ſuprema & pluſq̃ Diomedea neceſſitas? Lubecenſes non in-
uaſit Illuſtriſsimus Ioannes rex,naues ſolum hoſtium ſuo-
rum bonis onuſtas meritis cauſis in poteſtatem redegit. Po
terat cõfeſtim in fœdifragos claſſem emittere,copias arma-
re,exercitũ longe lateꝗ ſpargere, omnia permiſcere. Quie-
uit tamen tantiſper, donec qui iniuriam fecerant , priores
ad arma concurrerent,& quos oportuit fracti ſacramenti
remiſsionem petere, primi illi iniuriam iniuria accumula
rent,nimirum cum ita uitium ſtimulet,ut qui ſemel fron-
tem perfricuerint, a malo in malũ proni ſemper ferantur.
Primi igitur Lubecenſes,quod ipſimet aperte fatentur,bel-
lum terra mariꝗ cruento marte præpararunt . Indignum
facinus,& quieuit tamẽ Ioannes rex, donec illũ magis qui-
eſcere hoſtium pertinacia non permiſit . Hic interea ſubii-
ciant ſinguli oculis confirmata priuilegia , conditiones im
poſitas ne cum Suetis commercium agerent Lubecenſes,
eaſꝗ illorum conſenſu ad miſſas, aſſumptas,confirmatas
ſolennibus,ut moris eſt,emiſſis literis ? Parte altera naues
Lubekæ inſtructas , emiſſas in Suetiam , ſua proſtituentes,
Suetorum mercibus onuſtas redeuntes . Perpendant quid
interea Suetis animi adiectum eſt,ubi pro ſe Lubecenſes cõ-

Paciẽtia regis Ioannis.

Lubecenſes ſemper primi arma induerunt.

Periuriũ Lubecenſium.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tra regem ſtare uiderunt,quorum prius ſolennes literas au-
dierant aduerſus ſe emiſſas eſſe, ubi tam fidum auxilium
ſibi præſens adeſſe conſpexerunt. Quis non putabit interea
regia conſilia a Lubecéſibus euulgata eſſe,factam ſpem ſub-
mittendi auxilii,ſi a rege Suetia urgeretur. Nam qui deum
teſtem ſacramentorum fallere non dubitauerunt, quid eſt
tam ſceleratum,tam iniquum,quod nõ audeant commit-
tere? Et iſta quidem tametſi atrocia ſint, tamen longe mi-

Q. proni ſemper in bellum Lubecenſes.

nora eſſe q̃ facta ſunt,quis non perpenſurus eſt, ubi confeſ-
tim ob unius aut alterius nauiculæ,quæ a magna illa claſſe,
quæ in Suetiam a Lubecenſibus ignaro rege mittebatur,aut
uento aut tempeſtate aut fato ſeceſſerat,non rapinam,ſed

Lubecenſes uoluiſſe bellũ ſemper.

iuſtiſsimam acquiſitionem tam ingens bellum ab hoſti-
bus conflatum audierit? Voluere igitur hoſtes bellum, non
illis ſuprema impoſita neceſſitas eſt. Vim primi intulere,
non illatam a ſe repulere. Nam hoc poſterius magna illis
cum laude licuiſſet, cum ita natura inditum ſit,ut illatam
iniuriam nemo non poſſit uindicare. Cruentiſsimi belli oc
caſionem primi fecere,cum naues mitterent, cum ſigilla,
teſtimonia,literas,deniq;,quas illi confecerant,ſignauerũt,
emiſerunt, infringerẽt. Ipſi uim intulere cum imparatum
regem (Quid enim non imparatus eſſet cum nullius mali
conſcius eſſet, probeq; per ſe adhuc integras conditiones
eſſe cognoſceret?) terra mariq; aggreſſi ſunt, & nolentem

Lubecẽſes Ioannem regem inuitũ ad bellum impulerunt.

in bellum impulere. Quod tandem qua geſſerit ratione ip-
ſi uiderint,qui illius gerendi occaſionem præſtitere. Quod
ſi unq̃ prior aut Ioannes Rex aut Chriſtiernus pacis condi
tiones perfregerit,quur non idipſum aut Sacratiſsimo Cæ-
ſari prius,aut ſacræ Cæſareæ maieſtatis conſilio,aut aliqui-
bus Germaniæ principibus conqueſti ſunt? Cur non ſupre-
mam belli gerendi neceſſitatem impoſitam Lubecenſibus,

Lubecenſes ſemper prius bellum diu cõtinuauerãt anteq; Germani ſcirent bellum illos meditari

prius nouit Germania,q̃ belluarum more,ferro,igni,flam-
ma,cedibus, rapinis,deſeuientes in Sereniſsimi regis Dano
rum ditionem audiret? Itaq; cum ſemper prius bellum ui-
dit Germania,Lubecenſes gerere,q̃ audiret meditari,cui du
bium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

bium erit ſemper prædonibus illis bellum magis cordi fuiſſe q̃ pacem? Hi ſunt qui Sereniſsimum regem iure ſecum decerni petentem aperta ui inuaſere. Hi ſunt quos ſuperbia & direptæ e Germanorum uiſceribus diuitiæ ſic in tranſuerſum egere, ut nunq̃ in pace fidi fuerint. Hi ſunt qui Cæſareum interdictum (quem Bannum uocant) legitime promulgatum pro Sereniſsimo Ioanne rege contemnentes cede, rapinis omnem Daniam inuoluere. Et quid ad hæc reſpondetis Cæſarei Lubecenſes? Vos qui Cæſareum interdictum contemnitis, qui illius iuſſionem abominamini, qui arbitrum ſpernitis, adhuc audebitis urbem illam ueſtrã Latrocinii ſpeluncam Cæſaream appellare? Quod ſi Cæſar eo in uos interdicto aperte teſtatus eſt ueſtram rebellioné, cur adhuc eo uos nomine uéditatis? Aut ſi Cæſarei eſtis, cur non illius interdicto morem geſſiſtis? Cur non ab iniuria abſtinuiſtis? Cur non arma depoſuiſtis? Aut cur magis tot incendia, excitaſtis? Cur tantũ innocui ſanguinis effudiſtis? Cur Daniam tot ruinis inuoluiſtis? Nam cum ueſtro inſtinctu præter Cæſareum mandatum, Sueti rebellaſſent, Daniamq́ in ſe prouocaſſent, quis negare poſſit, eorum ſcelerum authoritatem nulli magis, q̃ uobis competere? Aut ſi Cæſar legitime factum iudicarit, ꝙ Ioannes rex Suetorũ mercium grauidis ueſtris nauibus potitus ſit, ſi id Germaniæ conſilium approbarit, cur hos iterum uulnus hic refricuiſſe oportuit? Cur eum regem dicitis uobis ſupremam belli neceſſitatem impoſuiſſe, quem Cæſar nihil præter æquum egiſſe ſuo in uos, qui Suetis fauebatis, promulgato interdicto aperte teſtatus eſt. Atqui ſi nihil præter æquum egit, quæ erat hic uobis gerendi belli neceſſitas? Deniq́ ſi Cæſar iuſſit, ut bello abſtineretis, cur neceſſitatem uobis impoſitam mentimini? Ita de Cæſare bene mereri ſoliti eſtis, ut hic an rite an inique in uos bannũ ſtrinxerit, in dubium uertatis? Quid enim ſi rite perſtrinxit, non ueremini coram Illuſtriſsima Margaritha, coram prudentiſſimis conſiliariis neceſſitatem uobis impoſitam dicere? Heccine eſt bene-

Lubecẽſes iura repellunt.

Lubecenſes a direptis e germanorũ uiſceribus diuitiis inflantur.

Lubecẽſes Cæſareũ bannũ cõtempſerũt.

Lubecenſes quales Cæſarei.

Cæſar ſub pœna banni prohibuit, immo banno ſubiecit eos qui Suetis ſubſidium ferrẽt, unde cũ deprehẽſi fuerint in Suetiã nauigare bannum incurrerunt. Ad hoc alluditur.

Ioãnes rex nõ impoſuit illis ſupremã neceſſitatem bellandi.

Lubecẽſes Cæſari rebelles.

Impudentia Lubecenſiũ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

uolentia, qua Sacratiſſimi Cæſaris cineres proſequimini? ut coram illius, cuius memoria apud uos ſacroſancta eſſe debet, relicta filia, prudentiſſima clariſsimaqꝫ principe non expaueſcatis patrem, coram nepotis, conſiliariis auum tra- ducere? & quaſi falſo in uos banni promulgati reum age- re? Quod ſi uere iuſteqꝫ, & promeritis interdictum uobis eſt, quamdiu Suetis auxiliabamini aqua igneqꝫ, cur Ioannem tamquam per eum ſtetiſſet omnis belli occaſio, inſimula- tis? Putatis defuturos, qui his ineptiis ueſtris reſpondeant? Promite alias, ſi poteſtis, perfracti fœderis partes, quaqꝫ in re uobis non ſatisfecerit Illuſtriſsimus Ioannes, palam oſten- dite. Quid mortuo Leoni barbam euellitis? Ita ne promiſ- cue uobis ſemper impune erit, de optimis principibus mē- tiri? Nunc Maximilianum defertis, nunc Carolum Quintū irridetis, nunc Ioannem poſt fata conficitis, Chriſtiernum extinguitis, cum Margaritha iocamini, conſiliariis illudi- tis & hæc in totius orbis conſpectu, quando neqꝫ uos, quo in Carolum animo ſitis, diſſimulare præ animi impotentia poteſtis, & Maximilianum falſo euulgati interdicti inſimu latis, & coram Illuſtriſsima Margaritha, plenū mendacio- rum cornu profunditis. Veſtra fuit ea ſuperbia, ut ſemper ad arma conuerteremini. Quid enim uobis cum pace com mertii? quibus ex rapina, dolis, fraudibꝰ, cede, inuaſionibus omnis potentia, omnes opes ſuccreuere? Aut quando unq̄ non inuiti ad pacem animum applicuiſtis? Et poſt ea qui- dem mala fatetur Sereniſſimus rex fœdus initum eſſe, ſed iunctam ueterem amicitiam quis poterit credere? Quando enim unquam ex animo Daniæ bene fauiſtis? At quando unquam Germaniæ? Quod ſi nouis exactionibus & tribu- tis, nouo depredandi genere, decuplandis mercibus, augen- dis uectigalibus, plane oſtenditis quo erga Germaniam ani mo ſitis, quid admirandum eſt, ſi Daniam ex animo exe- cramini? Qui enim exteros amabitis, qui fratres contemp- nitis? Aut peregrinis fauſta apprecabimini, qui in ſocios omnia nefanda exercetis? Sed iuncta ſit uetus amicitia,

Lubecēſes de optimis qui- busqꝫ princi- bus mentiun tur.

Lubecēſes q̄li animo in Ca- rolū Quintū Cæſarem.

Lubecēſibus nihil cum pa- ce commertii.

Quomodo iuncta vetus amicitia.

Qualiter ger maniam Lu- becenſes ex- hauriunt.

Lubecenſes germanorum hoſtes & Da norum.

Quo-

Quomodo uero illam conſtantes homines obſeruaſtis? Oſtendent ſane quæ conſequuntur, q̃ bene uobiſcum fœdera percutiuntur,quamq; diligenter citra dolum malum, morem illis geritis.

Quomodo amicitiam obſeruauerũt lubecenſes.

Anno enim domini M.D.VI.cum iam tederet belli,in regiam arcem Segenbergam conuentum eſt, præſentibus Francorum regis Ludouici,Scotiæq; Legatis, quo in loco ita cum Lubecenſibus eorumq; confœderatis, coniuncta initaq; pax eſt,cuius hoc in articulo meminere,ut omni penitus cum Suetis commertio abſtinerent, nullas ad Suetiã merces adueherent,nullas ex illis rurſus efferrent. Pepegere hæc pollicitiq; ſunt ſolennibus literis,adiecere ſeſe anniſuros,ut Sueti tunc rebelles Ioanni,Chriſtiernoq; regibus parerent. Idq; ſi fieri nequiret,at ſaltem nullum penitus cum Suetis commertium habituros,nec per ſuos haberi, quouis modo palam occulte citra omnem dolum malũ permiſſuros,donec Sueti ad debitam Ioanni Chriſtiernoq; regibus obedientiam reducerentur,illoq; demum modo priuilegia illis ſua confirmata ſunt.

De pace quæ facta fuit inter Sereniſſimũ D. Ioannem regẽ & Lubecẽſes,anno dñi M.D. VI.

Conditiones quibus pax facta fuit, quos poſtea Lubecenſes ſtatim ruperunt.

Deinde anno domini M.D. VII. alia in conuentione quæ in oppido arceq; regia Nycopyncko habita eſt, & celebrata pacto ſolenni polliciti ſunt Lubecenſes eorumq; cõfœderati,propriam ſe legationem in Suetiam expedituros ſcripturosq; regni conſiliariis, ut ſeſe Danorũ regibus ſubiiciant. Addidere pacto ualido & ſolenni,ſe ſuos a regno Suetiæ penitus abſtinere,ut priore anno polliciti fuerant,habereq; idipſum firmiter decretum, nihil ſeſe Suetis ſubuecturos,neq; ex Suetis euecturos,nec quouis modo ulla ue ratione munituros, donec ad debitam regis ſubiectionem redirent. Subiunxere maius quiddam,ſuarum nauium rectores aut alios ex ſuis portubus nauigantes,nullas penitus merces ex Suetia deuectas in quouis portu aſſumpturos. Quod ſi qui ſecus facerent,pœna præſens eſſet, quæ in mandatorum ſuorum contemptores ſtringi ſolet.

Pax cõfirmata in oppido Nycopynck.

Lubecẽſes polliciti ſunt literis & ſigillis ſuis multa & nihil obſeruauerunt.

Conditiones pacis cum lubecenſibus.

Quod ſi forte in ſuas urbes, portus,flumina , diſtrictus aut



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Promiſſiones Lubecenſium ſpecioſę.

Sueti, aut merces Suetiæ deuenirent, pacto promiſſoq; ſolenni polliciti ſunt, quantocyus tempeſtiua monitione, Suetos & Sueticas merces reſeruare, & in regis commodum detinere omnemq; operam præſtare, ut regi cõmode utiliterq; ſuccederet.

Conditiones pacis cum Lubecenſibus.

Quæ omnia ut melius abſoluerẽtur, ocyus ſe Dantiſsum, Rigam, Reualiam, atq; ad alias ſecum fœderatas urbes legationem miſſuros, effecturoſq; & curaturos, ut ſecundum promiſſum præſcriptumq;, idipſum reliquæ urbes obſeruent, uſq; ad debitam Suetorum ſubactionem ab omni cum illis commertio temperaturæ.

Liberalitas Ioannis regis q̃ vſus eſt erga Lubecẽſes vt melius pacem obſeruarent.

Ad quæ omnia, ubi ſolennc pactũ præſtitiſſent, Illuſtriſſimus Ioannes rex, ut melius ſtabiliusq; illos in fide contineret, duas illorum naues, quarum alteri Henricus Roper, alteri Hanſo Heithman præfuerant, ex legitimis cauſis publicatas & fiſco regio addictas cum omnibus mercibus & rebus aliis magni admodum præcii, magnæq; eſtimationis Lubecenſibus liberaliter reddidit, longe minorem exiſtimãs diuitiarum q̃ pacis iacturam eſſe.

Alia ꝓmiſſio Lubecenſiũ. Alię conditiones pacis.

His omnibus, & hoc ſubiectum fuit, ꝙ ſi quãdo Lubecenſes, aut eorum nautæ in regias naues inciderent, medio in mari ſponte ſua uela ſubmitterent complicarentq;, & literas commeatumq; ſuum regiarum nauium ducibus oſtenderent.

Deniq; cautum determinatũq; fuit, ut omnes aliæ controuerſiæ pẽdentes indeciſæq; remanere deberent ſine iuris utriuſq; partium præiudicio.

Literas & ſigilla Lubecenſiũ, quibus ſe obſtrinxere ad eas cõditiones apud regẽ eſſe.

Hæc ea fuere, quæ pacem, cuius nunc Lubecenſes meminere, perfecerunt, quæ illis priuilegia confirmarunt. Et ſuſceptæ ſunt conditiones omnium urbium ſtagnalium conſenſu, aſſenſumq; eſt illis palam & ſponte, pactaq; legitime inita ſunt, & literæ deſuper confectæ, & illorum ſigillis communitæ, quas adhuc Sereniſsimus rex habet, ne ipſi forte rem luce meridiana clariorem in dubium uocare, ut ſæpenumero facere eos compertum eſt, annitãtur.

Ioãnes rex nihil penitus effecit q̃d labefactare cõcordiam poſſet.

Tametſi enim uiuentæ piæ memoriæ Illuſtriſsimo Ioanne rege ni-

bil ab eo

hil ab eo factum ſit,quod aliqua ex parte concordiam labe
factare poſſet,tamen non uerentur interea ſubdoli homi-
nes clariſſimum principem ignominiæ nota aſpergere,cri-
menq;,cuius illi rei ſunt,cum uere non poſſint, callide ini-
queq; ingerere. Quorſum enim ſpectant hæc mediocriter
tenuiſſe pacem ſuperſtite Ioannne rege? Si enim nihil ha-
bent auari homines, quod Illuſtriſsimo Ioanni poſſunt
obiicere,cur mediocriter tenuiſſe, & non potius in totum
referre oportuit? Obiiciant ſi quid habent aduerſus clariſſi
mum principem in quo uel uiſus ſit aliquid concordiæ de-
traxiſſe, cum interea belli obſeruatores fœderum, initæq;
concordiæ frequenter in Suetiam nauigauerint, pulueres
boardicos,machinas,arma intulerint,contra Illuſtriſsimũ
Daniæ regem armarint, conſilium rei gerendæ docuerint,
uires ſubminiſtrauerint,animos auxerint, ad rebellionem
exequẽdam animarint,ſuis portubus,fluminibus, oppidis,
Sueticas naues,merces, homines, non admiſerint modo,
ſed & inuitarint. Idq; clanculum ſubinde,ſubinde apertiſſi-
me, cum in grauem leſionem & acerbam iniuriam Sereni-
ſſimi regis, eleuatis & extenſis uelis, per regnum Illuſtriſsi-
mi regis,per mare,brachia,flumina,ſinus,portus,maieſtatis
regiæ uectigales,nullo ſoluto Theloneo ſæpenumero naui
garint, cum nunquã ſtaturos ſeſe ſuis conditionibus aper-
ta indignaq; uoce,frequẽter magna cũ ſuperbia iactare pub
lice ueriti nõ ſint, quibus cũ non obaudirent,quid ſignaſſe
oportuit, ſigilliſq; ſuis muniiſſe? Cũq; ſuã ipſi audaciam cõ
mendarint uiſiq; ſint ſibi plane audaces & animoſi ſordidi
illi mercatores,ſi præter pacta cõditioneſq; expanſis aude-
rent uelis nauigare,& Sereniſſimum regem ſuis uectigali-
bus fraudare & Suetos in rebellandi perſeuerantiam indu-
rare,& portubus ſuis ſuſcipere, neq; dubitarint, hæc etiam
facta ſua promulgare, exq; his tam fortiter tam animoſe
geſtis magnam ſibi gloriam comparare, quaſi impune au
deant Lubecenſes Danorum regum uires contempnere, &
non potius eos rationem fœderum habuiſſe oporteat, quæ
tametſi

Lubecenſiũ perfidia.

Lubecẽſes cõtra literas ſuas & ſigilla & fidem datã frequenter in Suetiam nauigarunt.

Lubecenſes omnes conditiones fregerunt.

Lubecenſes aperte fatentur ſe fregiſſe cõditiones puntantq; id ſibi glorię aſſcribi debere quaſi animoſi ſint qui id audeãt.

Honeſtũ ſibi putant Lubecenſes ſi fide fracta audeãt Danorũ vires contemnere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tametſi interdum impune ad tempus contempſiſſe eſt, deum tamē ultorē inueniūt. Aut ſpecioſius ſit aſinos Leonina pelle aſſumpta inter equos aliquantiſper uerſari, q̃ poſteritati probe obſeruatorum fœderum gloriam perpetuam relinquere, euitareq; fœdifragi, uiolatoris, prædonis, impoſtoris, quadruplatoriſq; nomen, cuius & liberos, & parentes, & affines, in perpetuum pudere poſſit.

Longe meli⁹ eſſe probi & fidelis nomen poſteritati reliquiſſe q̃ perfidi & temerarii.

At num hæc conſyderaſſe oportuit? & conſyderauit ſane Illuſtriſsimus Ioannes, qui diu prætulit rerum ſuarum iacturam, bellorum tumultibus maluitq; hoſtes cum ſui contemptu audaciores contemplari, q̃ ſuam illis audaciam merito bello infringere.

Ioannis regis prudentia.

Videbat pius princeps in Suetiam nauigantes, uidebat illorum opibus Suetiam inniti, audiebant publicanorum querelas, qui ſe uectigalibus ſpoliatos indignis modis conquerebantur.

Lubecēſes regem uectigalibus defraudarunt.

Audiebat ſuorum uoces, qui uirtutem Danicam imbellibus mercatoribus & nulla re magis q̃ lingua & inſidiis formidandis, opprobrio eſſe indignabantur. Permouiſſent hæc innumeros alios, Ioannem ad bellum non potuere inducere. Adeo illi pax etiam iniquior ſemper magis cordi fuit q̃ ex glorioſo ſpecioſoq; bello egregium premium reportare.

Ioannes rex q̃ fuerit pacis ſtudioſus.

Quomō res Lubecēſium cœpere meſtiores eſſe.

Verum, quia ita a deo immortali decretum eſt, ut nunquam iniuſtum ita deliteſcat, ut non aliquando ſuis prodeat coloribus, poſt toties uiolatas pacis conditiones operæprecium fuit Sereniſſimo regi Chriſtierno prædones orbi oſtendere, & toties uiolatorum pactorum rationem exigere. Proinde, ſi tum res meſtiores eſſe cœperunt, quid admirandum eſt? Stetiſſent conditionibus Lubecenſes, obſeruaſſent fœdera, a Suetis abſtinuiſſent, ab iniuria temperaſſent, & tam fuiſſent illis ſua permiſſa, ut res nunquam, ut ipſi loquuntur, meſtiores effectæ eſſent. Sed quum hæc non ita effecerint, nonne tandem oportuit ſuorum illos factorum rationem reddere? Sed hæc in ſequentibus manifeſtius patebunt.

Lubecenſes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

DOminus enim Chriſtiernus & mentem & animū adiecit inclitum illud & amplum Suetiæ regnū, qui & armis (cum initio & gubernatori & populo Suetico, ſimulq; regni conſiliariis & proceribus de ſe minus lætum præbuiſſet ſpecimen, irritaſſetq; & concitaſſet in ſeſe illorum animos) ſubigendi. Vt autem ſecum perpendiſſet (uti res erat) omnes conatus ſuos retro abituros, atq; fruſtratos iri, ni Lubecenſes aliquantiſper ſolitam in Suetiam nauigationem & commertia ſuſpenderent, mittit ſolennem legationem oratum Lubecenſes tali nauigatione & commertio ad certum, tunc optatum tempus abſtinerét, polliceturq;, ſi hoc impetret gratiam multiplicem, fauorem perpetuum.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERni Regis ad ſupradictū Lubecenſium Articulum Reſponſio.

CVm eo fœdere ſeſe obligarint Lubecenſes quod in arce regia Segeberga ictum fuit confirmatūq; Nykopinci nihil ſeſe commertii cum Suetis habituros, inq; eam rem literas ſigillaq; ſua attribuerint, neq; ipſi tamen ſilere poſſunt a ſe fractum eſſe, quid enim aliud uolunt hæc uerba, ni Lubecenſes aliquantiſper ſolitam in Suetiam nauigationem & commertia ſuſpenderent? Non ſuſpenderant igitur prius, quum id ſeſe facturos literis ſigillis, q; & ſolennibus pactis confirmaſſent. O egregios pacis & fœderum obſeruatores, qui ſuum ipſi uicium diſſimulare non poſſunt. Quomodo audent igitur hæc coram Illuſtriſſima Margaritha, prudentiſſimisq; Cæſareæ maieſtatis conſiliariis diſſerere? An exiſtimant autem fraudes ſuas omnibus tandem non apertas iri? Qua id fronte audent dicere non abſtinuiſſe a Suetorum commertio Lubecenſes? Aut

Lubecēſes ſuperiori articulo fatentur aperte fœdus a ſe fractū eſſe.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Bonitas regis cum tunc ad illos ſolennem legationē mitteret quando oportuerat iuſſiſſe potius ꝙ petiiſſe.

ubi pudor eſt ubi Sereniſſimum regem ſolennem legationem ad ſe miſiſſe teſtantur? Quid enim oportuit legationem tranſmittere ſi fœderi, ſi pactis, ſi cōditionibus, ſi ſigillis ſtetiſſent? Nonne hic Sereniſſimi regis benignitatē plane oſtendunt, quí magnam gratiam illis pollicitus eſt, ſi quod ex fœdere debuere facere, nunc demum efficerent? Poterat per fœdera, per ſolennes literas, per ſigilla, Lubecenſes compellere, ne Suetis hoſtibus tantiſper, donec ſibi ſubiicerentur auxilium ferrent, commertia exercerent, nauigationem aſſumerent, & maluit pius princeps ſolenni legatione agere, ut illos demum admoneret, quid illorum intereſſet efficere. Et potuiſtis ne citra ruborem pati Lubecenſes admoneri uos de obſeruandis conditionibus, quas ipſi uobis præſcripſeratis? Quis tum animus uobis adfuit, cum uideritis clementem principem ſolenniter a uobis petere, ut a commertio Suetico abſtineretis, quod facturos uos eſſe prioribus fœderibus pollicebamini, & ad id gratia & fauore inuitare, quod uos, ſi uiri eſſe uelletis, ultro facere oportuiſſet, ſi uero admonebamini, nonne minime obſeruaſſe prius ueſtro ſermone teſtificatis? Sed ſequitur.

Citra roborē quomodo poſſunt admoneri de obſeruādis conditionibus Lubecenſes.

## LVBECENSES.

ET quāuis durum fuerit ſuæ regiæ dignitati in hoc morem gerere cum bona pars manutentionis urbis Lubecenſis ex Suetico commercio dependeat, nec minus formidabile, eam a Suetis abſtinentiam nō exiguam cladem reipublicæ Lubecanæ allaturam, accedebat quod ad hoc ciues uix flecti aut induci poſſent.
Peruicit tamen Senatus authoritas, pacis & tranquillitatis amor, uicinitatis ratio, promiſſus fauor & gratia, ita ut ſuæ regiæ dignitati non tamen ſine graui iactura gratificatum, & in regnum Suetiæ uel nauigari uel negociari per exiguum tempus deſitum eſt.

Illuſtris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c. Regis ad ſupradictum Lubecenſiũ Articulum Reſponſio.

DVrum fuit Lubecenſibus prius impoſitas ſibi pacis conditiones obſeruare. Cur igitur acceptarũt? Ciues uix flecti aut induci potuerunt, cur igitur literis ſuis, ſigillisq; prius facturos ſeſe receperũt? Quæ eſt iſta ueſtra ſtabilitas, uiri Lubecenſes? At non exiguam cladem allaturum erat reipublicæ Lubecanæ, ſi idipſum præſciuerant, cur ſigillis ſuis literisq; datis conditiones acceptauere, dum Segebergæ fœdus inierunt? Peruicit ſenatus authoritas. Quæ eſt hæc? Aut cur ea opus fuit? Nempe inter bonos probosq; homines, & qui pacem literis ſigillisq; teſtati fuerant non oportebat ſenatus authoritate uti, ut quod prius acceptauerant, exequerentur. Ita ne didiciſtis fœdus contrahere Lubecenſes, ut pro arbitrio reſcindatis? Promiſſus fauor & ratio uicinitatis. Specioſa hæc, quæ uero erat uicinitatis ratio, dum ſceleſtum illum ueſtrũ conatum exequeremini? dum contra fidem & literas ad Suetos expanſis uelis nauigaretis, ſuum regi uectigal fraude mala ſubduceretis? iactaretis nunquam obſeruaturos, quæ prius fide iuramentoq; munieratis? Regiæ dignitati non tamen ſine graui iactura gratificatum eſt. Quæ eſt hæc gratificandi ratio? citra fidei ueſtræ periculũ aliter non poteratis, & tamen gratiã feciſſe uideri uultis. Quæ eſt autem hæc grauis iactura? Latrocinii, depredationis, expilationis, fidei, quam Suetis cõtra Illuſtriſsimum regem dederant egregii ſequeſtri, quos oportebat, ſi fidem ſuam integram eſſe uellent toto conatu anniti, ut Sereniſſimo regi Suetia obſequeretur. Hæc grauis iactura erat, poterant forte non tam impune deum fidei teſtem fallere. Terrebantur regio apparatu, ne ſi inter nauigandum deprehenſi eſſent, dignas fracti fœderis pœnas luerent. Alioqui non deſtitiſſent canes illi ad priſtinũ uomitum reuerti & toties læſa ſacramenta nouo rurſus per-

Iniquitas Lubecenſiũ qui non poterant eas conditiones obſeruare quas ſibimet preſcripſerãt.

Fœdus ad Segebergã arcẽ.

Non fuerat opus Senatus authoritate ſi boni ciues eſſent Lubecenſes.

Quę uicinitatis ratio Lubecenſibus cum contra fidem datam Danos ſpoliarunt.

Quę iactura Lubecenſium cuius meminere.

Lubecenſes ſemper ad uomitum reuertuntur.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

*Lubecenſes poſtq̃ promiſerant ſolenniter bis ſeſe tẽgaturos a Suecorum commertio & tertio iterũ polliciti eſſent ſolẽniter fidem tamen fregerũt & deprehenſi ſunt a Danis*

iurio dedecorare. Tametſi neq; penitus deſtitere. Teſtifican-
tur hoc illorum naues commeatu, puluere, machiniſq;
onuſtæ, quæ cum Danos fallere putarent, deum ſacramen-
ti promiſſioniſq; iudicem fallere non potuerunt. Cuius be-
nignitas oſtendere uolens omnibus hominibus firma eſſe
debere ſacramenta, quæ in pacis utilitatem præſtita ſunt, ita
diſpenſauit, ut quæ in Suetiam plena uelificatione conten
debant in Danorum claſſem impingerent, a quibus digna
ſuſceptæ nauigationis præmia retulere. Quid hoc uno co-
natu uideri poterat, aut inofficioſius, aut deteſtabilius,
aut ſordidum magis? Leges, fides, iura, prohibebant ne in
Suetiam nauigationem exercerent. Prohibebant optimo
regi rurſus præſtitum ſacramentum. Et tamen nunquam
ſibi temperare potuerunt, quo minus, fidem, ius, ſacramen-
tum contemnerent, & iuſtiſsimam Illuſtriſſimi regis peti-
tionem, cui ſeſe omnes iterata fide ſubmiſerant, confeſtim
abominarentur. Quid ergo periuris iſtis latronibus ſatis
dignum inferri poteſt? Quos non gratia permouet, fides
conſtringit præces digniſſimæ impellunt? & tamen ita hãc
tragœdiam agunt, ut magna grauiaq; detrimenta ſibi paſ-
ſi uideantur, ſi non tam impune latrocinari potuere. Sed
ad alia.

*Magna iniquitas.*

*Quales Lubecenſes.*

## LVBECENSES.

FActum tamen eſſe (repetita proteſtatione) doceri
poteſt, ſuam regiam dignitatem, iſtam Lubecenſiũ
modeſtiam, uel habuiſſe contemptui, aut in obli-
uionẽ reieciſſe, cum medio tempore, & citra initium regni
ſui, Lubecenſes, & eorum confœderatos in prædictis eorum
priuilegiis, iuribus, pactis, concordatis, antiquis conſuetudi-
nibus & uſu, ſupra modum, citra rationem, iuris ordinem,
& iuſtã cauſam, grauauit, perturbauit & inquietauit, nec eo
contentus, mercatores ipſorum nouis & intollerabilibus
grauaminibus & exactionibus grauiter affecit.

Illuſt-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

# ILLVSTRISSMI D. CHRISTIERNI Daniæ Regis ad ſupradictum Articulum Reſponſio.

HAec eſt Lubecenſium modeſtia, quam a Sereniſſimo Rege contemptam eſſe tam ingenioſe inducunt. Quod ſi modeſtia eſt fidem uiolare, literis ſigillatis contrauenire pacta reſcindere, conuentionibus aduerſari, deum hominesq; fallere, bis ſolenni proteſtatione firmata infringere, ac non potius fraus dolus malus periurium, atq; nunquam delenda infamia appelletur, ita ſane, dum modo intelligant Germaniæ principes, q̃ egregium & ſpecioſum modeſtiæ nomen ſibi attribuant Lubecenſes. At qua in re tam inſignem Lubecenſium modeſtiam, uel habuiſſe contemptui, aut in obliuionem reieciſſe uideri poteſt? An quia, ut ipſi aiunt, in prædictis eorum priuilegiis, iuribus, pactis, concordatis, antiquis conſuetudinibus, & uſu grauauit, & mercatores grauiter affecit? Specioſa ſane ſunt hæc. At ſi, & uos quoq; idipſum efficitis Lubecenſes, dabitur ne hoc uobis a Germaniæ principibus in excidium? ſi longe maiora indies contra Germaniam machinamini, q̃ hic falſiſſime Sereniſſimo regi attribuitis, ideo ne ſtatim igne, ferroq; debacchatur in uos Germania? Omni culpa carere decet eum qui in alterum paratus eſt dicere. Et uos qui impudentis mēdacii, uenenum in Sereniſſimum regem diſtingitis, nihil timetis, aut deum æqui boniq; iudicem, aut principes prudentiſſimos, aut ipſam ueritatem offendere? Itaq; non uertemus in dubium, an uectigalia auxerit Sereniſſimus Chriſtiernus, an ſupra ſolitum aliquid acceperit. Neq; rem latere deſyderamus, quemadmodum auaritiam ueſtrā uos fuco obducitis. Clara ſunt, Vectigal auctum eſt, aliquid ſolito eſt adiunctum. Quid hoc ad cauſam? Nam factum nō diſſimulamus, at iuris hoc in iudicio queſtio eſſe debet. Quid enim, ſi iure auctum uectigal eſt? Imo quid, ſi uolentibus Lubecenſibus, qui in Dania negociabantur? Quod ſi

Qualis modeſtia Lubecenſium.

Quid per modeſtiā Lubecenſium hic intelligendū eſt

Rex non contempſit Lubecēſium (qualis q̃lis illa fuit) modeſtiam.

Lubecenſes eſſe qui grauant mercatores non Sereniſſimū regē.

Lubecēſes debere ſemet intueri priusq; regē arguāt.

Fatetur Sereniſſimus Rex vectigalia aucta eſſe, ſed ad bienniū ſolū idq; cogente grauiſſima neceſſitate.

Iure auctum eſſe vectigal.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Volẽtibus lubecẽſibus qui in Dania negociabantur vectigal auctum fuit.

tam magnum ius habet neceſſitas, ut illi nemo poſſit refragari, traditumq; ſit non immerito a ueteribus, deos quoq; ſepenumero neceſſitati ſuccumbere, quis putare poſſit, indignum aliquid a Sereniſſimo rege commiſſum eſſe, quẽ neceſſitas eo redegerat, ut ſuorum opera uti ad tempus cogeretur? Quid uero hoc ad Lubecenſes? Auitum illi regnum fuit Suetia, quod Lubecenſium fraudibus, dolis, & conſpiratione, rebellionem animum induxerat, Legitimũ regem cõtempſerat, omnia iura abominabatur. Porro, ut tam nefandum ſcelus aggrederentur Lubecenſes, primum effecerat uetus illa & innata cum Danorum regibus contentio, quibus tam opulenti regni acceſsionem ſordidi homines inuidebãt. Deinde futurũ uidebãt, ut ſi libere Danorũ regibus pareret Suetia, ſibi non magis liceret id regnum opibus exhaurire, & ſuas inde merces euehere illis, quibus pridem ſemper id fecerant, rationibus, hoc eſt, animorum libidine & auaritia. Deniq; hoc ipſum longe fortius ſtimulabat peruicaces animos, non tam libere magis impoſitum iri Germaniæ, a ſuis confœderatarumq; urbium mercatoribus, quando eas merces, quæ e Suetia deferuntur, ſoliti ſint, pro animi inſatiata auaritia, citra omne ius & æquum, enormi præcio, reliquæ Germaniæ comunicare, id ſupraq̃ decuplũ ſæpenumero excedẽtes. Incendebant hæc cupidos diſſenſionum, & quibus nihil minus q̃ pax cordi fuit. Et iam extremum prope periculum ſibi ſomniabant adfuturum, cum certo ſcirent, omnia longe uiliora futura in Germania, ſi ſuus Danorum regibus conatus procederet, ut qui ſemper in id ſtuduerunt, ſuorum merces æquo in Germania præcio uenire. Cum Lubecenſes confœderatiq;, nunquã non, precium precio ſuperaddant, ut quibus hac ex impoſtura omnes opes creuerunt, quibus iam ipſis regibus formidabiles eſſe non immerito uidentur. Quid facerent? urgebat hinc fœderum toties initorum ratio, literarum ſignatarum memoria, pacti ſolennis aſtipulatio, Deus fœderum iudex, honeſti æquiq; reuerentia. Sed uicit rationem iniu-

Declaratur neceſſitas Illuſtriſſimi regis.

Lubecẽſes q̃re Suetiam a regibus Danorũ ſemper ſtuduerũt abalienare, & abalienarunt.

Prima cauſa.

Secunda cauſa

Tertia & maxima cauſa.

Lubecẽſes ſciebãt, ſi rex Danorum Suetia potiretur, non poſſe mercatores ſuos magis Germaniã decipere.

Om̃ia fuiſſent viliora in germania ſi quãdo rex Danorum Suetiam poſſediſſet libere.

Reges Danorũ ſemper uoluere æquo p̃cio ſuorũ merces ven[illegible]

ſtitia.

ſtitia, memoriam lucri cupiditas, aſtipulationem ſolita frontis perfrictio, Deum, fortius pecuniæ numen, honeſtũ auaritia, æquum ſuperbia animiqꝫ innata elatio. Inde tam frequens cum Suetis commercium, inde conſilia diſtributa, facta ſpes uirium ſi ſuos reges cõtemnerent. Itaqꝫ in cauſa fuere Lubecenſes, quod ea pertinacia Sueti reſtiterint, ꝙ Sereniſſimi regis ærarium exhauſerint, ꝙ Daniæ mercatoribusqꝫ Lubecenſibus coactus ſit nouum, quamq̃ exiguum, uectigal imponere. Ad quod quidem, tametſi certis rationibus Chriſtiernus rex impellebatur, noluit tamen citra omnium partium conſenſum tale quiddam moliri. Verum conuocatis regni ſtatibus, ſolenni proteſtatione, ſuæ Serenitatis neceſſitatem expoſuit, hac in parte ſibi ſuccurrerent, nunquam beneficii non recordaturum, ſinerent exiguum quid adiici, ut magnæ rei incrementum accederet. Exiguũ quid eſſe biennio (Namqꝫ non diutius imperatum eſt) uectigalia modice augeri. Tum ſe remiſſurum omnia, neqꝫ tale quid magis attentaturum. Accepta conditio eſt. Itumqꝫ in eam animis & pedibus, non a regni conſiliariis modo & omni hominũ conditione, ſed ab illis etiam mercatoribus Lubecenſium confœderatarumqꝫ urbium, qui tum in Dania degebant & mercabantur. Atqꝫ ultro ſponteqꝫ accepta eſt, cum nihil niſi æquum iuſtumqꝫ imperabatur. Nunc illius auctionis nomen quantas tragœdias excitat? Lubecenſium fœnus cum indies magno cum Germaniæ detrimento citra neceſſitatem exerceatur, commemoratũ non eſt a rege, poſtq̃ neceſſitate urgente, ad exiguum temporis inducta eſt augmentatio crebro uſurpatur, fingiturqꝫ tam ingentium bellorum cauſa eſſe, & commemoratam, quam omnes norunt, Lubecenſium modeſtiam infregiſſe. Quis nunc non mirabitur tam ingenioſas propoſitiones? Aut potius, quis non execrabitur, tam impudentia mendacia Lubecenſes conſenſerunt. Cur ergo hic refricatis? Dani ultro admiſere, Quid ergo contra regem eſt? Atqui ut non conſenſiſſent Lubecenſes, futurum ne erat, ut iuſte cogendi iudicarentur?

Lubecẽſes in cauſa fuere ꝙ ea pertinacia Sueti reſtiterint.

Quo ordine Chriſtiernus rex uectigal auxit.

Cõſenſus regni adfuit in augendo uectigali.

Cõſenſus mercatorũ adfuit in augendo uectigali.

Fœnus Lubecenſiũ ex germania.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Comunis Daniæ lex antiquiſſima et optima quod hoſpites inquilinorũ loco haberi debent in Dania tum in omnibus aliis tũ etiam in tributis.

Lubecenſium inhumanitas in exteros.

rentur? An neſcitis uero comunem hanc Daniæ legem eſſe, quæ eadem & ad uos pertinet extraneos mercatores, qui Daniam inuiſunt inquilinorum loco habendos eſſe? iiſdemq; exactionibus, quibus Dani ſubduntur ſubiectos eſſe? Impia hæc eſt? An non potius digna, cuius apud omnes gentes memoria perennis ſupereſſe poſſit? Quid uero magis humanum hoſpitibus exhiberi poteſt, q̃ ut eadem ſit illorũ, quæ inquilinorum eſt ratio? Sed obliti ſumus aliam apud uos legem eſſe. Quare de hac re magis diſſerendũ minime uidetur, ne frontem pudore contrahatis, ſi memineritis, quo apud uos loco Germani Daniq; mercatores aduenæ habeantur. Vnum Sereniſſimo regi dabitis, legibus uos impelli potuiſſe, ſi non ultro officio præueniſſetis. Illius ergo cur uos nunc ſubit penitentia? Cumq; poſſitis ſatis amplam gratiam ultro præſtiti quod imperabatur uectigalis, ad quod alias iure cogi potuiſſetis, referre, cur nunc modeſtiæ ueſtræ per id uim illatam eſſe conquerimini? Hic dicite, Plus ne uobis imperatum eſt q̃ incolis? plus ne Lubecẽſes confœderatiq; debere q̃ Dani? Quid ergo ſortem ueſtrã, quæ eadem Danorum eſt, conquerimini? Vos qui Suetiam armaſtis, qui rebellionem incitaſtis, qui regium erarium exhauſiſtis, non poteſtis tantum regiæ neceſſitati ſponte largiri, quantum legibus iureq; cogimini? Quanto id pulchrius eſt, q̃ eam quam incurritis labem uobiſcum Sereniſſimo regi comunem eſſe? Vos omnem Germaniam, citra omne ius, æquũ, fas, inſolitis uectigalibus premitis, hiſq; neq; biennio elapſo inuentis (præter q̃ quod noua indies grauioraq; comminiſcimini) neq; deſituris unquam ni principes prouideant, neq; urgenti neceſſitate, niſi forte animi ueſtri libidinem, qua regis expellitis neceſſitatem interpretamini & abominandum putatis, ſi Sereniſſimus Rex pro auita ditione ſubiicienda, quæ ueſtro inſtinctu, neq; deum, neq; homines, neq; Cæſarem, neq; pontificem reuerebatur, iure, legibusq; mediantibus, conſentiente tota prouincia, extrema in neceſſitate, exiguum quiddam uectigalibus adiecerit, idq;

Lubecenſibꝰ nihil magis imperatũ q̃ incolis regni.

Lubecenſium de rege mala merita.

Germaniã nouiter indies inuentis uectigalibus premunt Lubecenſes.

Suetia rebellis pontifici Romano quãdo a rege ſubiecta fuit.

ad ſolum

ad ſolum biennium? Vos qui media pace, nauem inſtructā
militibus ſpecie quidem in Angliam, re autem uera in Da-
niam predatum emittitis, pacem non putatis labefacere.
Sereniſſimum autem regem exigua tributi biennalis ad-
iectione, ſecundum iura & leges emiſſa, modeſtiam ueſtrā
contemptui habuiſſe confeſtim arbitramini? Vos qui Hol-

Lubecēſes holſatiam regrā pronunciā inauditis oneribus deprimūt

ſatiam inaudita tributi penſione premitis, & continue ex-
ſugitis, nullo legum iuriſq; prætextu (Vnde enim hæc uobis
adeſſent?) neq; biennio, ſed inperpetuum, regiam prouin-
ciam, & cum qua uobis ne tantillum quidem iuris eſt, ar-
mis belloq; dignum cenſetis, ſi iure uobis uectigalia adau-
geantur? Quæ eſt iſta indignitas? liberum erit uobis media
in pace bellum gerere, Suetis auxilium apertum ferre, citra

Magna indignitas ſi omnia Lubecēſibus licent & nihil regi liceat.

Illuſtriſſi. rex om̄ia volebat in priſtinū ſtatū reſtituere ſi Lubecēſes iudiciō armis ſtare uoluiſſēt

ius faſq; tributa exigere, Et regi probroſum erit, ſumma in
neceſſitate, inuitantibus legibus, uolentibus & ciuibus & ad-
uenis, in optimum negocium gerendum, uectigalibus ali-
quantulum adiecisse? Quomodo uero modeſtia ueſtra cō-
tempta eſt, cum toties obtulerit Sereniſſimus rex, ſeſe om-
nia in priſtinum ſtatum reducturum, modo iudicio ſtaretis
non armis? Negatis hæc? Quomodo ergo hic citra ratio-
nem aucta eſſe uectigalia mentimini? Quid ita? Nam in
prædictis ueſtris priuilegiis, iuribus, pactis cōcordatis, anti-
quis conſuetudinibus & uſu uos minime ſupra modum
grauauit, cum exiguum non graue quiddam imperarit,
idq; non ſupra modum, ſed ad biennium. Neq; citra iuris

Vectigal ſolū auctū fuit ad biennium.

Danica lex optima.

Omnia quæ in articulo p̄cedēti ſunt hic confringūtur.

ordinem perturbauit, cum Danorum leges extraneos ea-
dem qua inquilinos ratione uiuere uelint, iiſdemq; tribu-
tis ſubiici, deinde & ueſtri mercatores conſenſerint, neq; ci-
tra iuſtam cauſam inquietauit, cum Suetiam, quæ & deo &
hominibus Lubecenſium opera rebellabat, in Rhomanæ
eccleſiæ ius uendicare, tum in auitam poſſeſſionem reſtitue-
re uolebat. Neq; mercatores ueſtros, grauaminibus nouis, &
intollerabilibus, & exactionibus grauiter affecit, cum nihil,
niſi communi regni conſenſu, interuenientibusq; conſilia-

Om̄ia quę ad uectigalia ſpectant communi regni conſēſu facta eſſe

riis effectum ſit, & ueſtri id mercatores admiſerint, nunquā



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

alias paſſuri, niſi pro tempore & occaſionibus, & negociis, q̃ Sereniſſimo regi interceſſerant, æquiſſimam poſtulationem exiſtimaſſent. Quamobrem ſi neceſſitas urſerit, leges permiſerint, Cõſiliarii regni decreuerint, mercatores ſponte obtulerint, rex deniq; omnia ſe ad priſtinum ordinem redaturum, modo iudicio ſtarent non armis, ſepenumero receperit, parte alia, Lubecenſes in rebellionẽ Suetos induxerint, Germaniam inauditis preſſerint, & adhuc premant uectigalibus, Holſatiam regiam prouinciam indigniſſimo tributi genere onerent, nemini mirum uideri debet, ſi Illuſtriſſimus rex, ad exiguum temporis ſpacium, uectigalibus aliquid adiecerit, cum neceſſitati neminem reſiſtere poſſe, compertius eſt, q̃ ut repetatur. Quod ſi bene ex animo uoluiſſent Lubecenſes Danorum regi, quod fœderibus cautũ erat, debuiſſe illos regem ultro ad auiti regni uindicandam poſſeſſionem, ultro ad uectigalium auctionem inſtigaſſe, manifeſtum eſt, aut Siculos, ipſumq; Syracuſanum Hieronem imitari, qui Romanis, quibus ex fœdere ſocii erant, ſecundo punico bello, & pecuniam, & auxilia in perpetuam rei memoriam, cum & ipſi premerẽtur grauiter, ſubmiſere. Illa enim tum demum uera eſt amicitia, quam non tempus immutat, nõ auertit neceſſitas, non interimit occaſio. Quam ſi perinde atq; boni fidiq; ſocii Lubecenſes obſeruaſſent, potuerat honeſto nomine eorum memoria poſteritati cõmendata eſſe, quæ nunc alia nulla erit, quam q̃ periurorum, & fœdifragorum, & ſuperbientium, & auarorum hominum eſſe conſueuit.

Lubecenſes ſi modo fidi regis amici fuiſſent debuiſſe longe maiora admittere exemplo Hieronis et Siculorũ Hieron Syracuſanus. Siculorum cũ Romanis amicitia. Quæ uera amicitia. Qualis fama Lubecenſium apud poſteros futura eſt.

## LVBECENSES.

ET quamuis ſua Celſitudo per Lubecenſem oratorẽ, quem ob hoc, ad ſuam celſitudinem ablegarunt, inſtantiſſime, nec minus humiliter requiſita fuerat, ut ab his grauaminibus deſiſteret, ſineretq; Lubecenſes eorũ priuilegiis frui & gaudere, ipſe rex quandam obligationem

a Lube-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

a Lubecenſium oratore extorquere conatus eſt, ut Lubecenſes, Suetiæ regnū, ui & armis cooppugnarēt, atq; ad obedientiā ſuæ Serenitatis compellerent, aut ſaltem adhuc certo tunc expreſſo tempore, ut ſupra abſtinerent. Sed non erat penes oratorem, dominos ſuos in eo articulo obligandi mandatum aut facultas, ita quod tunc infecto negocio, & ſolum hoc dominis ſuis renunciaturus, domum abierit.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c, Regis ad ſupradictum Lubecenſium articulum Reſponſio.

CVm Danici iuris ratione, quod æque ad Lubecenſes pertinet, iam pridem oſtenſum ſit, nihil indignum mercatoribus imperatum eſſe, mirum uideri poſſit, cur eam in rem Legato opus fuit. Neq; enim grauamina erant, quæ iuſtiſſime pendebantur, & quæ ex neceſſitate, quæ deniq; ad tempus impoſita erant, proinde neq; admoneri debebat, ut ab illis deſiſteret Illuſtriſsimus Chriſtiernus. Quod ſi tam uobis curæ fuit, ut deſiſteret, quur prius, ut inciperet, effeciſtis? niſi enim uos feciſſetis, uectigal auctum non fuiſſet? & niſi periurio in rebellionem Suetos incitaſſetis, maneret adhuc intentatū, quod ut infringeretur, oratorem miſiſtis. Non pudet uos ad id infringendum mittere, cuius imponendi neceſſitatem, uos ipſi ueſtris ſceleribus induxiſtis? Quid opus erat, inſtantiſſime, nec minus humiliter, Sereniſſimi regis Celſitudinem requirere, ut ab his grauaminibus deſiſteret, a quibus, ut nō deſiſtere poſſet, re ipſa efficiebatis? Precibus ſocii, cum Illuſtriſſimo rege egiſtis, ut grauamina deponeret, & interea Suetorum uires, acceſſione ueſtra locupletaſtis. Petiiſtis, ut a grauaminibus deſiſteret, & contra fœdus initum, contra ueſtras literas, Suetos maiore inuidia accendiſtis. Receperatis curaturos, ut Suetiā deuincerent Dani, & nunc, ut non poſſint non ipſi uinci, ſtudetis efficere. Quomodo enī ſine neruo bellum geritur?

Grauamina nō fuiſſe quæ impoſita ſunt uectigalibus.

Lubecēſes niſi effeciſſent Illuſtriſſi. rex tributum non auxiſſet.

Q̄ iniqui ſocii Lubecēſes.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

At ille,a quo melius ſumi debet,q̃ ab his,qui ut bellum eſſet effecerāt? Fidi ſocii, qui cum omnia polliciti eſſent Nycopynckenſi fœdere,nunc, quod iuſte debent, non uerentur, ut infringatur anniti. Sed ueſtris priuilegiis frui uultis, & gaudere, cur ergo non efficitis,ut digni cenſeamini,qui iuſte fruamini & gaudeatis. Peierare uultis, omnes literas infringitis,nihil apud uos integrum eſt, & adhuc priuilegiis frui & gaudere deſyderatis, quæ nunquam non ipſi infringitis.

Nycopynckenſe fœdus.

Lubecēſibus ea conditione fuerant confirmata priuilegia vt a Suetis abſtinerent.

Quod ſi(niſi iuraſſetis a Suetorum commertio temperaturos) priuilegia ueſtra non eſſent, nunc, cum aperte fidem frangitis,ut uobis tamen integra ſint,qua fronte audetis requirere? Neq; tamen per Sereniſſimi regis, nimis magnam in uos propenſitatem,priuilegia ueſtra diminuta ſunt. Quid enim ſi modicum uectigal adiectum eſt,ideo ne ſtatim contra priuilegiorum ueſtrorum rationem commiſſum eſt? At ſi quid commiſſum eſt,legibus & iure patrio commiſſum eſt,uos oſtendite periurium legibus & iure patrio ueſtro cōmitti poſſe. Neceſſitate, cui nemo repugnare poſſit,commiſſum eſt, uos euincite citra neceſſitatē pacta ueſtra, & ſolennia fœdera a uobis primum antiquari potuiſſe. Priuſquā uectigal auctum fuit, uos frequenter fœdus fregeratis,pactum reſcideratis, & tamen uobis, neq; antea aliquid,uel minimum illatum eſt,& poſt tot commiſſa periuria,nihil citra ius & legem intentatum. Negatis? at oſtendite factum. Aliud contenditis? At iudicio ſtare nō armis.

Lubecēſes primi ſemper fœdera fregerūt & tamen nūquā etiā poſtquā fregiſſent rex aliquid citra ius intentauit.

Quid iudicem formidatis? Priuilegia ueſtra uobis antiquata ſunt? Cæſarem habetis,Principes habetis, prudentiſſimi homines præſto ſunt,qui cauſam decernant, tantum proponite. At quare non prius auſi eſtis in iudicium uenire, q̃ Sereniſſimum regem omnibus regnis exueratis? At in eo tunc etiam,quantum poſſitis, iſti ueſtri articuli, tam ueri, tam ingenioſi,ſatis poſſunt oſtendere. Agite tandem dignum opus,& ueſtro nomine, & ueſtra expectatione, neu committite,ut ad poſteros hæc labes perueniat. Quid actū eſt ueſtra legatione? Ipſe rex quandam obligationem. A

Cur non ſtant iudicio Lubecenſes.

Non auſi fuere in iudicium uenire Lubecenſes priuſq̃ ſereniſſimum regem tribus regnis exuiſſent.

Ridiculū fuit

quoq;

quo? a Lubecenſium oratore extorquere conatus eſt. Bellum factum. Erat in legati manibus quam daret? Minime erat. Hic mihi ueniam dabitis Lubecenſes. Serio loquimini an ioco agitis? ſed ſerium eſſe arbitramur, quod coram tam Illuſtribus principibus retuliſtis. Quomodo uero, Sereniſſimus rex oratorem ueſtrum cogere uellet ad obligationem dandam, quā citra ueſtrum conſenſum ueſtras literas, ueſtra ſigilla, plane ſciebat dari non poſſe? Quaſi non ſciuerit Illuſtriſſimus princeps, in Legati poteſtate non eſſe ſua munia tranſgredi, ad quæ tamen tranſgredienda, coactum fere fuiſſe impudenter mentimini. Ad quæ porro cogeret? ad obligationem. Sed ea nulla erat futura, niſi uos daretis, nō implumis ille ueſter orator. Quid em̄ illi iuris in ueſtrā rempublicam, niſi quantum uos illi negocium facitis? Extorquere nitebatur ab eo, quod in manibus illi non erat, quid ergo hoc aliud eſt, q̄ dementis aut pueri officium? Quæſo, quis ab aſino gemmas, aut aurum conetur extorquere, aut aquam a pumice? Et putatis adhuc futurum eſſe, ut aliquis huic rei fidem adhibeat? Quis porro id uobis retulit? Orator ueſter. At is mentitus eſt. Quibus porro relatū eſt? Vobis? Atqui tam prudentes cum ſitis, mirum eſt, ꝙ fidē relationi habueritis ea in re quā ſciebatis, non niſi incaſſum, fruſtraq; queri poſſe. Qui porro in articulum retulerunt? Vos ne? Vbi hic prudentia? & non ueretur adhuc, ueredicus ille ueſter orator, prudentiſſimorum hominum iudicio, tam ſpecioſa hæc ſubmittere? Aut non dubitatis, in perpetuum improperium tale aliquid comminiſci? Hic dicite. Si conceſſiſſet obligationem orator ueſter, ratam ne fueratis habituri? Quod ſi quæ uosipſi ſolenniter efficitis, ſcelerate nonueremini infringere, quomodo, quæ ab aliis darētur, citra omnem ueſtrum conſenſum, ſpes eſt, a uobis obſeruata iri? Quod ſi plane ſciebat Illuſtriſſimus rex, nequaq̄ id uos conceſſuros, quod ab oratore ueſtro fingitis illum extorquere conatum eſſe, quomodo tale quid a nullius poteſtatis homine poſtularet? At quid extorquere conatus eſt?

ſereniſſimum regem extorquere conatū fuiſſe quod ut daret orator ī poteſtate non habebat.

Impudētia lubecenſiū & ridiculū mendaciū de rege.

Implumis orator mandatum non poterat excedere.

Mirum eſt q̄d Lubecēſes tā ſtultę relationi fidē habuerint.

Mirum ꝙ mēdacium apertum in articulum retulerint Lubecenſes,

Falſū eſſe q̄d conatus ſit Il-

Illuſtriſſ. rex obligationē quādam extorquere.

Obligationem quandam a Lubecenſium oratore, ut Lubecenſes Suetiæ regnum, ui & armis cooppugnarent, atq; ad obedientiam ſuæ Serenitatis compellerent. Porro, quid hac obligatione opus fuit? Iam tum in Suetia fere debellatum erat. Multis minoribus preliis deuicti fuerāt. Iam ſemel collatis ſignis, aperto marte, totis uiribus pugnatum erat.

Bellum Sueticum.

Ad ſexaginta hominum milia (ut comunis hominū fert eſtimatio) fuſa profligataq; erāt. Ipſe Steno rebellionis princeps, tanti exercitus dux, boarda ictus interierat.

Suetia fere deuicta priuſq; Lubecenſium oratori Daniā ad regem ueniret.

Magna pars hominum ceſi, multi igne ambuſti, multos aquarum uis hauſerat. Ducem Suetia deſyderabat. Ceciderat nobilitas. Et hæc Illuſtriſſimi regis fœlicitate acta erant, prius q̄ Lubecenſium orator, uel in Daniam ueniſſet. Quod ſi belli initio, Lubecenſium operam, ut ſecum Suetiam cooppugnarent, nunq̄ deſyderauit,

Mendaciū Lubecenſium.

ſi florentiſſimis adhuc Suetorum rebus, ad ſui ſubſidium non inuitauit, quis crediturus eſt, iam fere bello uictis, rebus exciſis & deploratis, ceſa nobilitate, mortuo duce, ut ſecum Suetiam cooppugnarēt Lubecenſes, obligationem ab eo, qui nō habebat, extorquere conatum?

Quid expetiit Illuſtriſſimus rex a Lubecenſiū oratore.

Non id a uobis expetiit clementiſſimus Princeps, fruſtra enim idipſum expoſceret, cum ſat uirium haberet, ut Suetico bello finem imponeret. Verum cum uideret, ea fœlicitate omnia tranſigi, non immerito fortunæ uolubilitatem conſyderauit. Suetiam ſuam eſſe uidebat, ſed leui momento fortunam mutari prudenter conſyderauit.

Illuſtriſſimi regis prudentia.

Cum uero primum ſit prudentis officium, futuris proſpicere, & is demum prudens cenſeatur, qui præſentibus bonis nō nimium attribuit, ſtatuit Sereniſsimus rex, ita præſenti fortuna uti, ut in futurum ſibi melius conſuleretur. Quapropter Lubecenſium oratori in mandatis dedit, ut dominis ſuis idipſum ſuæ Serenitatis nomine referret. Orare regē ut ſi quando poſt hoc bellū Suetia rurſus cōtra ſe arma capeſſeret,

Oblatio Sereniſſimi regis quā Lubecēſibus faciebat ſi annuerent.

pollicerentur Lubecenſes, illam nouam rebellionē ſeſe cum Sereniſsimo rege ulturos. Quod ſi id ipſum uellent polliceri, non ſolum uetera Lubecenſium priuilegia

confirma-

confirmaret, ſed ultro maiora adiiceret. Petitio erat non intentata uis. Veſtro Lubecenſes arbitrio ſubiectum fuit, non autem uioletia extortum. Ad uos referre debuit ueſter orator, non ex regis uoluntate obligationem, quam non habuit, concedere. Porro, quid hic indignum fuit? Suetia ſubiecta erat, Nullus rebellionis timor, ceſa nobilitate, occupatis munitionibus, mortuo duce. Neq; ueriſimile erat, iterū rebellaturam, quæ tantarum uirium iacturam fecerat, neq; uideri poterat, citra ueſtrum adminiculum, in ſpem nouarum rerum erigi poſſe, quæ ſuo malo iam didicerat, quid eſſet regibus inobedientem eſſe. Itaq; uoluit uos a Suetorū, ſi caſus requireret, amicitia diſtrahere. Cur id non faceret? Vobis liberum relinquebat annuere. Sibi liberum fuerat, uel ſaltem precibus a uobis id requirere, cum & priuilegiorum confirmationem & auctionem adhuc adiiceret ſi obtemperaretis. Quid hic indignum fuit? Aut ſaltem adhuc certo tunc expreſſo tempore, ut ſupra, abſtinerent. Quid id non facerent, cum ex fœdere obligarentur? Quod eſt tam indignum reſponſum Sereniſsimi regis, in quod uel umbra iniquitatis poſſit inueniri?

Sereniſſimus rex Lubecenſes neq; uoluit neq; potuit cogere ad illud concedendum ſolum aūt inuitabat liberū illis faciēs vel negare vel cōcedere.

## LVBECENSES.

AT quoniam Lubecenſes nulla ratione, nullo iure, aut etiam citra honoris rationem, decere potuit, amicos aut ui, aut armis laceſſere, ne tamen rex ſuis optatis fruſtraretur, denuo pacis & tranquilitatis gratia ſimul ſuæ celſitudini obſequendi, in longiorem pacientiā, & commercio, & nauigatione abſtinentiam aſſenſum eſt, non tamen abſq; graui eorum iactura.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIerni ad præcedentem Articulū Reſponſio.

LVbecenſes nulla ratione, nullo iure, aut etiam citra

honoris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Regis promiſſio Lubecenſibus facta.

honoris rationem decere potuit, amicos aut ui, aut armis laceſſere, Sed neq; hoc a uobis requiſitum fuit, neq; enim tunc inuitabamini ad ſuppetias, ſed ſolum, ſi forte iterum rebellionem meditarentur. Neq; id citra ueſtrum, aut extremum commodum, aut ſummam utilitatem requirebatur ſed priuilegiorum confirmatio offerebatur, offerebantur

Nihil iniquū a Lubecenſibus regem petiiſſe.

noua adhuc quæ adiicerentur. Tantum id uelletis polliceri quod eo tempore, neq; iniquum erat, neq; contra Suetorū amicitiam.

Qualis debet eſſe amicitia.

Quando amicitia uirtuti coniuncta eſſe debet, neq; illic amicitia eſt, ubi in uitiis alterum defenditis.

Accedit, q̄ anno domini. M.D.XII. cum Malmogiæ conuentum eſſet, inter Suetos & Lubecenſes & Illuſtriſſimum Ioannem regem, polliciti ſunt Lubecenſes, ſi Sueti conditionibus non ſtarent, adiuturos ſeſe Ioannem regem, ope, uiribus, conſilio, fauore, aduerſus eoſdem. Cōditionum autem una erat, ſi Chriſtiernum ſibi regem non aſſumant.

At quomodo non potuit citra ueſtri honoris rationem, cū Nycopynckenſi fœdere omnē lapidem euoluturos, ut in Sereniſsimi regis imperium Suetia redigeretur, polliciti eſtis?

Suetis amici ſi fuere Lubecēſes cur contra eos conditiones accepere.

At amici erant. Cur ergo aduerſus eos amicos conditiones accepiſtis? fuit ne hæc ſtabilis amicitia? Quod ſi uobis in animo erat, amicos ui, aut armis nō laceſſere, cur ſollenni

Solennis pacti Lubecenſium tenor.

pacto iuraſtis omnes Suetos, quotquot caſu in ueſtræ ditionis portus, flumina, oppida, peruenirent, Sereniſsimo regi tradere? Quantum porro hoc a ui abfuit? & nunc quod ſolenniter pacti eſtis iterum in dubium uocatis? Ne tamen rex ſuis optatis fruſtraretur, Quibus? regni Suetici poſſeſſione?

Potentia regis in cauſa fuit ne iterū auderent Lubecenſes in Suetiā nauigare.

Atqui iam totum ſubactum fere erat, & potentior erat Illuſtriſsimi regis terra mariq; exercitus, q̄ ut tuto commeatus in Suetiam inferretis. Denuo pacis & tranquillitatis gratia. Quid oportuit hāc Cramben repetiiſſe? Segebergæ polliciti eratis, Nycopyncki pacti, urgente regio oratore Lubekæ ſolenniter promiſeratis, cur ergo non obſeruaretis?

Magnum obſequiū quarto iurare quod ter peierarūt.

Simul ſuæ celſitudini obſequendi. Magnum obſequium id demum quarto polliceri, quod ter diuerſis temporibus, ſo-

lennibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

lennibus literis, omnium ſigillis, promiſeratis, quamquam neq; hoc, neq; tria alia obſeruarint, ut luce clarius oſtendetur. In langiorem patientiam. Atqui donec Suetia tota Illuſtriſſimo regi pareret, temperaturos uos ab omni cōmertio Suetorum pacti eratis. Nunc cum totum nondum in illius poteſtatem ceſſiſſet, quæ erat hic longior pacientia? niſi forte pacientiam appellatis, ꝙ non tam aperte audefor audeȓetis Suetis commeatum, uires, machinas, pulueres ſubminiſtrare, quod prius ſemper nulla fidei, nulla pactorum, habita ratione ſoliti eratis. Commertio & nauigatione abſtinētiam. Sed ita fieri debuit ex fœdere, tametſi longe ſecus effecerint, non tamen abſq; graui eorum iactura & damno. Neq; eñ impune Latrocinari audebāt, uidebant regiã claſſem potentiorē, q̃ cui pyraticis myoparonibus imponerēt. Obſeruabātur dilgētius Suetici portus, deniq; uix unus fuit, qui non regio preſidio teneretur. Fidem non poterant Lubecenſes frangere, pactum non poterant tam aperte reſcindere, Suetos iam debellatos non ualebant, tam ſubito in regem armare, Timor naues & arma ſubminiſtrare uetabat. O grauem & intollerabilem Lubecenſium iacturam.

Magnū obſequium quario iurare q̃d terpeierarunt.

Quid Lubecenſiū ſit paciẽtia.

Fœderis contemtum.

Qualis fuit Lubecenſium tã inſignis iactura.

## LVBECENSES.

DVm hæc regi renunciaturus Lubecenſis orator Daniam repetit, inter itinerandum, graui & inſperato nuncio offenditur, regem ſcilicet a predictis nouis exactionibus, & grauibus impoſitionibus, non modo non deſtitiſſe, uerum mercatoribus grauiora impoſuiſſe, nec eo ſaciatus, duas onerarias naues, cum precioſiſſimis mercibus, quarum una ex Reualia, altera Riga Liflandiæ, domum repetentes, tranquilla inter utroſq; ſtante pace, citra aliquam diffidationem ui in mari capi, & Haffniam deportari iuſſiſſe.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c. Regis ad ſupradictum Lubecenſiũ Articulum Reſponſio.

G Cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Fœdus redintegratum anno dūi. M. D. XII. Malmogię.

CVm anno Domini M. D. XII. in oppido Malmogienſi conuentum eſſet, inter piæ memoriæ Ioannem regem, & Sueones tunc ſuæ Serenitati rebelles, & Lubecēſes aliasq́; ciuitates VVandalicas, eorumq́; ſupradictos adherentes, pactiq́; fuiſſent, preſentibus Lubecenſibus, Sueti, ſeſe intra octauum Kalendas Iulias unum ex tribus amplexuros. Aut enim priſtinum regem Ioannem in regnum aſſumpturos, aut D. Chriſtiernum ſibi eligerēt, aut ſummam tredecim milium Markarum Holmenſium in oppidū Colmariam tributi loco quotannis penderent.

Lubecenſium pollicitatiões bone ſi obſeruarent.

Contraueniūt pollicitationibus ſuis Lubecenſes.

Præfati Lubecenſes, inter alia polliciti ſunt, ſponte & ultro, ſi Sueones premiſſa non obſeruarent ſe dicto Ioanni regi, conſilio, auxilio, ope, uiribus, fauore, contra Suetos pro eo regno recuperando, fideliter adfuturos, omneq́; ſubſidiū allaturos. At modo, cum non id ab his flagitat Illuſtriſsimus D. Chriſtiernus, ſolum autem petit, ut ſi caſus ingrueret, qui citra eorum conatum aduenire non poſſet, ſecum bellum ſuſciperent, egregium oratorem ſuum mittunt, qui regi tam celebre reſponſum renunciaturus Daniam repeteret, nequaq̃ ſcilicet decorum eſſe, Lubecenſes contra amicos arma ſuſcipere, itemq́; qui non uerebantur cum Ioanne rege de uiribus communicandis paciſci, iam inexpiabile putant, ſi cum Illuſtriſsimo Chriſtierno priuilegiorum ſpe, in euentum dubium fœdus feriant.

Magna inconſtatia Lubecēſium.

Cur graui & inſperato nūcio Lubecenſiū orator offenſus eſt.

Ibat igitur orator, cum graui & inſperato nuncio offenditur. Ita enim perfidiæ cōſcia mens fuit, ut inter itinerandum nihil aliud meditaretur, quam qua ratione Lubecenſium naues, quas clanculū ſciebat pro Sueticis mercibus emiſſas eſſe, e Danorū cuſtodia dilaberentur. Graue itaq́; fuit, & inſperatum, cum audiret ex illis duas interceptas eſſe.

Conſcius ſcelerum animus nūquam quieſcit.

Probe nouerat em̄, quod ex mercibus, quibus onuſtæ erant, facile conſtaret, Lubecenſes preter tot fœdera, cum Suetis negociari. Proinde futurum eſſe ut omnibus Lubecenſium technæ compertæ eſſent. Quod grauiter affecit hominem ſuæ reipublicæ amātem, & taciti conſenſus conſcium quo emiſſæ pro Sueticis

mercibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

mercibus naues erant. Timebat itaq; ne a Sereniſsimo rege fracti fœderis in ius uocaretur, ubi illi de ſua republica ratio reddenda eſſet, quam ſciebat citra mendacium defendi non poſſe. Hoc illi graue fuit, hoc inſperatum, qui dolum putabat longe fœlicius ſucceſſurũ. Alioqui cur graue nuncium, cur inſperatum fuiſſet? Quando dubium non erat, ſi nihil iuris in eas naues habuiſſet Sereniſſimus rex, nullo negocio Lubecenſibus, quorum ſubſidium aduerſus Suetos, ut ipſi aiunt, efflagitauerat, redditurum fuiſſe. Quid enim nauium rapina illos in ſe prouocaret, quos comunibus armis uolebat ſecum Suetiam oppugnare? Fuit igitur graue & inſperatum. Quia conſcius animus nequitiarum, nunq̃ non grauiſsime offenditur, ubi in uanum ceſſiſſe conatus ſuos intuetur. Rurſus qui ſemper fraudem ſibi fœliciter ſucceſsiſſe cognoſcit, non poteſt non illi inſperatum eſſe, ſiquando ſecus adueniſſe compertum habet. Parit enim conſueta fœlicitas fiduciam, quæ ubi ſemel offenditur, non poteſt non graue, non poteſt non inſperatum eſſe. Graue igitur & inſperatum nuncium fuit. Nunciabat eñ duas onerarias naues precioſiſſimis mercibus onuſtas, quarum altera ex Riga, altera Reualia Liuoniæ portubus, domum repetebant interceptas eſſe, & Hafniam deductas. Nam quod inculcãt, regem a predictis nouis exactionibus & grauibus impoſitionibus non modo non deſtitiſſe, uerũ mercatoribus grauiora impoſuiſſe, nihil graue fuit aut inſperatum. Nouiſſe enim poterant, in tam arduo ſubigendæ Suetiæ negocio, pecunia opus eſſe quæ a regno deſumi debuit. Itaq; non plus auctum fuit mercatoribus ſuum uectigal, q̃ ciuibus, cum quibus eodem iure ſe haberi ex priuilegiis ſatis cognouere. Adhuc grauiora fuerant impoſita. Quid mirũ? Iterum conſenſerant ciues, admiſerant conſiliarii, regnum annuerat, cur ergo non idem facerent Lubecenſes, quos decet cum inquilinis omionomos eſſe? Quod ſi nolebant Lubecenſes grauioribus uectigalibus ſuos premi, cur non illis omẽ cũ Dania cõmerciũ interdicebant? Abſtinuiſſent a

Si nihil iuris ĩ eas naues habuiſſet rex facile redditurũ fuiſſe ſi verũ eſt quod Lubecenſes dixerant velle regem ut ſecum Suetiam coop pugnarent.

Nunciũ graue

Cur nõ graue fuit audire uectigalia immi nuta non eſſe.

Cur grauiora uectigalia adhuc fuerant ĩpoſita.

Lubecenſes eiuſdem legis et omionomi ſcũ inquilinis in Dania.

Chriſtianos principes frequenter urgẽte neceſſitate uectigalia augere.

Lubecẽſes in Germaniã in quam illis nihil iuris eſt ſingulis diebus uectigalia augere.

Lubecenſes ſi non uelint pari ſorte cum inquilinis uiuere faceſſant ꝓcul e Dania.

cur naues deprehenſi.

Naues plenæ erant Sueticis bonis quare capi debuere ex fœdere.

Lubecenſes Suetis perſuadere vt Rigã & Reualiam merces ſuas ueherent.

Lubecenſium aſtutia.

Cæſareũ edictum fuit vt Lubecẽſes ab om̃i commertio Suetorũ tẽperarent quod ipſi contempſere.

**Danico commercio, & uectigalia illis aucta non fuiſſent.**
Quoties non idem faciunt urgente neceſſitate Chriſtianiſ-
ſimi principes? Aut quoties nõ idem Lubecenſes efficiunt?
Sed hi quidem eo minore iure, quod in Germaniam nihil
illis competat, Regem autem quis neget ſuis cum iure im-
perare poſſe? Iam inceptum fuerat, immo fere abſolutum,
graue bellum, in re longe iuſtiſsima, & in quam anno domi
ni M.D.XII. conſilium, auxilium, uires promiſerant,
nunc quum eadem cum inquilinis ſorte uiuunt Lubecen-
ſes, qui in Dania mercantur, nunquid graue putandum eſt
aut inſperatum? Quod ſi em̃ graue Lubecenſibus ſit, eadem
cum inquilinis pendere, faceſſant ſane procul, & merces
alio pertrahant, neue Sereniſſimum regem ſemper ſtude-
ant uoce præire. Quid em̃ iuris habent in Daniam? Naues
igitur deprehenſæ ſunt. Cur em̃ non deprehenderētur quæ
Sueticis mercibus onuſtæ erant? Plenæ erant cupro, ferro
conciſo, pellibus omnis generis, quæ merces non alia ex
parte q̈ Suetia deferri, & ipſi ſatis norunt. Atq; ut omnibus
conſtare poſſit, q̈ mala fraude ſemper cum Sereniſsimo re-
ge fœdus inierint Labecenſes, deducendum eſt, qua ratione
Sueticarum mercium poſſeſsionem acceperint. Neq; enim
ex Suetia uenere naues illæ, ſed cum in Liuoniam perrexiſ-
ſent parata ibi omnia uiderunt. Aderant Sueticæ merces,
parati erant animi ad commutandum, Namq; hoc dolo
factum fuit, ut cum uiderent Lubecenſes Cæſaris Maximi-
liani mandato interdici ſibi cum Suetis commercium, de-
inde Danorum uires timerent, clanculum Suetis perſuaſe-
re per literas, ut merces ſuas Rigam Reualiamq; aduehe-
rent. Iſthic enim Lubecenſium naues adfuturas, merceſq; ac
cepturas, quas e media Suetia non auderent egerere. Iſta fuit
tam prudentium hominum ingenii uis, ut putarent Cæſa
reum edictum, quod ab om̃i Suetorum commercio abſti-
nere iubebat, Rigi Reualiæq; contemni poſſe, licereq; ſibi il-
lis in portubus impune negociari, & Sueticas merces ad ſe
magno numero pertrahere fœliciter interpretati, manda-

to ſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

to ſe Cæſareo perfungi,ſi a Suetia abſtinuiſſent,cum Cæſar de mercibus,ne dum regno,loquutus eſſet. O egregios ob-ſeruatores Cæſaris. Interceptæ ſunt igitur naues. Non negamus. Deductæ ſunt Hafniam, & hoc fatemur. Ex Liuonia tamen uenere. uerum eſt. Lubecenſium erant. Aſſentimus. Ita enim actum eſt quemadmodum exponimus. Lubecenſium dolus apertus eſt,fraus prodita, periuriũ euulgatũ, rei ſeries innotuit,immo potius claruit fortunæ obſequio perfidia. Nihil hic dicimus,quantum omnipotens deus conſe-quutus ſit,cum ſupplicii metu ,maiore reuerẽtiæ ſceleratis impoſtoribus futurus eſt.

Lubecenſium dolus apertus

Nihil quod Dania,quæ initorum fœderũ rationẽ uolebat haberi maiorẽ,nihil quod Germa-nia,q̃ cognoſcere potuit,a quali hominũ genere exhauriat', Nihil id ſane proſit Sereniſſimo regi,quẽ eo fato natũ eſſe conſtat,ut indigniſſimorũ hominũ uocibus ſubiiciatur. Si naues iure nõ potuit,inter utranq; partẽ contracto,in po-teſtatẽ redigere,Hafniamq; deducere, nihil habemus quod defendamus. Cedimus,Herbam Lubecenſibus porrigimus, fatemur iuſtiſſime cum Sereniſſimo rege actum eſſe quod illum regnis exegerint , ſin hoc Nycopynckenſi fœdere ſo-lenni pacto promiſerant Lubecenſes ſeſe ſuosq; mercatores, & nauium magiſtros , & alios quoſuis nulla penitus bona, ex dicto Suetiæ regno, delata, in quouis portu inſumptu-ros , non poſſunt Germaniæ principes aliiq; ad quorum cognitionem hæc obiecta Lubecenſium peruentura ſunt, hoc factum improbum iudicare , quod Suetorũ mercibus onuſtæ naues in portum pertractæ ſunt Sereniſſimi regis auſpiciis.

germania cognoſcere poteſt a quali hominũ genere exhauriatur.

Sereniſſimi regis fatum.

Rex iure naues Hafniam iuſſit pertrahi

Probatur ex Nycopynckẽſi fœdere.

Quod ſi adiunctum fuit,eos qui ſecus facerent cõ-trauenirentq;,ſuo id periculo facturos, & animaduerſuram in eos Lubecenſem rempublicam,perinde atq; in manda-torum ſuorum transgreſſores,cur non potuere in iudiciũ a Sereniſſimi regis militibus pertrahi,ut euincerentur contra omne fœdus,omnemq; iuris obſeruationem , a Suetorum commerciis nondũ abſtinuiſſe. Deinde ſi Rigæ Reualiæq; juſſum erat , ut nullæ Suetorum merces reciperentur,uti

Pena determinata in tranſgreſſores quã tamẽ minime obſeruauerũt Lubecenſes, hoc eſt̃. ſi feciſſent nihil iam opus fuiſſet determinãda cõtrouerſia.

Alia probatio iuris confecti in fœdere Nycopynckenſi.

 ſeſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſeſe facturos Lubecenſes receperant, nonne hic duplex periurium eſt, & dum Riga Reualiaq; Sueticas merces ſuis portubus recipit, & dum Lubecenſes receptas ſuis nauibus palam ad ſe euehunt? cur ergo non poterat Illuſtriſsimus rex hanc orbi fraudem euulgare? Deniq; ſi cautum fuit omnes Suetorum merces quouis loco deprehenſas, Lubecenſes in regis uſum conuerſuros, & regi tradituros, cur hic eam tragœdiam excitant, quum iure eas merces, etiam ex illorum literis, Illuſtriſsimus rex poſſet pro animi ſentẽtia, quoquo lubitum eſſet, pertrahere? Aut quur idipſum in illius Serenitate criminantur, quod ſe facturos ipſi etiam polliciti fuerant? Atqui omnia hæc ita acta, geſta, comprobata eſſe, eo quem dicimus tenore, literæ Lubecenſium, ſigilla, ſyngraphæ aſtipulationesq;, & pacta ſolennia euincunt, adſunt diplomata, preſto ſunt ſyngraphæ, & urbium ueſtrarum inſignia ſigilla, & prefectorum nomina ſubſcripta ſunt, quid diſſimulatis? Quãdo lubet ſi audetis requirite, Sed uos conſcientia deterret ueſtra, quæ non permittit iudicio ſtare, non permittit tranquillitate negocium tranſigere. Arma, iniuriam, perfidiam reſpicitis. At bene habet, quandoquidẽ in procinctu eſt, ut toti orbi fraus ueſtra cõperta eſſe poſſit.

Tertia probatio ex federe. Cõuentũ fuit ꝙ Lubecẽſes quouis loco repertas Suetorum merces in vſum regis cõuerterent.

Omnia hęc ex ſigillis & literis Lubecenſium deducta eſſe.

Cõſcientia lubecenſium nõ permittit illos iuri ſtare.

Lubecẽſes arma reſpiciunt ſed illorũ fraus ſtatim cognita erit toti orbi.

Sat oſtenſum eſt igitur, rectiſsimo iure diripi naues potuiſſe, quæ tamẽ citra omnem iniuriam, ſolum in portum Hafnienſem pertractæ ſunt, iniqueq; facere Lubecenſes, qui Sereniſſimo regi, ea ex re, mouere ſtudent inuidiam, quaſi aliquid contra ſuſceptum fœdus effecerit. Reliquum eſt, ut oſtendamus Sueticas merces fuiſſe, quæ in nauibus continebantur, quando hoc in dubium uocare forte quidam uolunt, quod tamen adeo manifeſtum eſſe poſſit, ut mirum ſit, a prudentibus uiris tale quid, ſi forte in dubium uocetur, excogitari. Enimuero Sueticas merces fuiſſe, luce clarius compertum eſt, cum Cuprum, ferrum comminutum, Pelles diuerſi generis, nauium onus eſſe perſpectum eſt; neq; enim aliundæ hæ merces efferuntur. Accedit ad hæc, ꝙ cum Sereniſſimus rex fide a nautis illarum accepta, uoluerit pa-

lam

Probãtur bona quę in nauibꝰ fuere Suetica fuiſſe.

Sereniſſ. Rex cum fidem accepiſſet a nautis Lubecenſium ꝙ ſtarent iuri & non fugerent humaniter illos tractauit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Iam oſtendere, quam inique ſecum agant Lubecēſes, remq; publico iudicio committere, cum iam cum nautis acceptarum nauium, non ageret, ut cum hoſtibus mos eſt, & his qui fidem publicam aperte infringunt, ſed ſineret libere quocunq; uellent euagari, fide accepta, ante uoluntatem regis non abituros, Perfidi & ſcelerati homines, & nimium memores auitæ perfidiæ, nocte cum iam nihil mali crederentur facturi, ſed iudicio ſtaturi, ut ſi iure uincerent demitterentur, ſublatis anchoris, preter fidem datam ſceleſtiſsime aufugerunt, nulla fidei datæ reuerentia, nullo æqui iuriſq; reſpectu, adeo non facile quod a parentibus inbibitur uitiū, demitti poteſt. Iam uero, quid manifeſtius eſſe poſſit, quā plena omnia fuiſſe Sueticarum mercium? Cur enim iudicium reformidarent? cur fidem iterum datam frangerent? Cur regis modeſtia abuterentur? Cur inquiſitionem detractarent? cur eſtimationem abominarentur? Quamquam, ut diximus, merces facile euincebant fidem toties datam fractam eſſe, neq; enim alia ex parte deuenire poterant. Quid ergo hæc pro Lubecenſibus faciunt, tranquilla ſtante pace, captas eſſe? Nam tranquilla pax cum fuit, cur preter conditiones pacis egere? Cur cum Suetis commercium traxere? Cur illorum bonis preter fidem datam naues ſuas onerauere? Citra uero diffidationē quur nō fieret, cum Lubecenſes citra diffidationem fœdus ruperint, pacta omnia reſciderint? Neq; enim illic diffidatione opus fuit, ubi ipſo opere hoſtes oſtenderunt, bellum ſe non pacem moliri. Prioreſq; omne uis, omne fas, literas, ſigilla, pacta infringerent. Quod ſi diffidationem requirant, quur ante diffidationem bellare ceperunt? Cur ante diffidationem nauigationem exercuerunt? Cur hoſtilia ante diffidationem perpetrarunt? Aut quæ maior diffidatio eſſe potuit, quā reipſa bellum ſibi curæ eſſe oſtendere? Idq; iam ſine mora tacite latenterq; gerere? Deniq;, ſi ex pactis liberum erat Sereniſſimo regi citra bellum, Sueticas merces in poteſtatem redigere, Idq; etiam ſe facturos Lubecenſes receperāt, quid opus

eſt nego-

Lubecenſes p̄ter fidem datā noctu cū nauibus fugerūt non auſi iure ſtare.

Lubecenſium naturalis perfidia.

Vitium quod naturale ē nō facile dimitti poſſe.

Nihil pro Lubecenſibus facere quod ſtāte pace captæ ſint quū lubecenſes ſatis oſtenderint non eſſe pacem.

Nihil facere quod citra diffidationem.

Lubecēſes re ipſa diffidauerant regē priuſq̄ id regi cōpertum eſſet.

Probatur ꝙ citra bellū rex naues poterat in poteſtatem redigere idq; ex fœdere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

*Ex pactis & cōuentionib9 regis cauſam ſtare.*

*Lubecenſes ideo iuri ſe non commiſerunt quod ſcirēt in eo ſibi ſuccumbendum eſſe.*

*Nulla cauſa occaſioneq; contra Sereniſſimū regem Lubecēſes debacchari.*

*Petulantia lubecenſium.*

*Vmbram carpunt dum corpus nequeūt.*

eſt negocium hoc longiore mora tranſigere? Quid opus erat diffidatione, ubi citra bellum nauibus, quæ Sueticas merces ſubuehebant, potiri poterat? Vbi liberum illi fecerant in deprehenſos animaduertere? quæ cum talia ſint, manifeſtum eſt, nihil preter ius, æquum, fas, tentatum eſſe, quantum ad auctionem uectigalium ſpectat, quæ non magis mercatoribus aucta ſunt quam ciuibus, neq; graue fuiſſe, quod facundus orator ea uerborum copia ingeminat, duas naues precioſiſſimis mercibus ornatas a regiis militibus perductas Hafniam eſſe, cum illæ Sueticis mercibus onuſtæ fuerint, unde ex pactis cum Lubecenſibus anno domini M.D.VII. initis Nycopyncki, capi, diripi, pertrahi potuere, quāq̄ nihil illis uirium intentatum eſt, ſed uocati nautæ in iudicium ſint, ut iure cum illis, non ui ageretur. Quod illi fide prius data non ueriti perfringere expanſis uelis, & regem, & fidem & ius, fruſtrati ſint, non auſi iudicio ſeſe ſubmittere, in quo ſuccumbēdum eſſe conſcius fracti fœderis, cōmiſſiq; periurii, & pactorum uiolatorum animus, certo certius dictitabat. Ex quo omnibus conſtare poſſit, quam nulla cauſa occaſioneq; Sereniſsimo regi mouere inuidiam conentur, ſed id innatum eſt malis hominibus, ut cum rem nequeant carpere, in umbram magna petulātia inuehantur, quemadmodum de Momo Venereq; ueteres fabulati ſunt, cum corpus nequeant, ſandalium conentur reprehendere. Sed nunc ad alia.

## LVBECENSES.

LVbecenſis orator declarat Lubecenſes denuo conquieturos, nec in Suetiam nauigaturos, orat deſiſtatur a grauaminibus, reſtituantur naues cum bonis & mercibus, deſiſteretur ab impoſitionibus & grauaminibus, reſtituatur quicquid a mercatoribus per huiuſmodi exactiones contra priuilegia extortum, de quo etiam ſuæ regiæ celſitudini deſignatio ſcripto ad magnam ſummam

pecuniæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

pecuniarum pertingente facta. Sinatur quoquo uerſum preterquam in Suetiam nauigari. Item uti & frui priuilegiis iuxta earum formam.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c. Regis ad ſuppradictum Articulũ Lubecenſium Reſponſio.

QVomodo uero deſiſteretur, bello nondum finito? Vincere debebat Illuſtriſſimus rex aut uinci, pecunia ergo opus fuit, quam cum inquilini ſponte traderent, quid opus erat diuina humanaqꝫ promiſcue inuoluere? Reſtituantur naues cum bonis, quo id uultu requirere audebatis? ut uobis reſtituerentur, quæ ueſtra non erant? Deſiſteretur ab impoſitionibus & grauaminibus. Quomodo & hoc requiritis, quum probe cognoſcatis in cauſa fuiſſe ueſtram perfidiam, quur impoſita ſint? Reſtituatur quicquid a mercatoribus per huiuſmodi exactiones, contra priuilegia extortum fuit. Quid contra priuilegia extortum fuit? Priuilegia regni id habent, ut eodem loco cum inquilinis habeantur extranei. Cur ergo reſtitui uobis debet quod inquilini ſibi reſtitui non queſiuerunt? Aut quur cõtra priuilegia ueſtra extortum fuit, quod priuilegia regni uos dare uoluerunt, ſi inquilini ſimul concederent? Quod ſi plus contribuiſſetis q̃ Dani incolæ, tum demum contra priuilegia actum fuiſſet quippiam, modo cum eadem ratione fueritis, quid eſt quod audetis conqueri? De quo etiam ſuæ regiæ celſitudini deſignatio facta eſt, ſcripto ad magnam pecuniarum ſummam pertingente. Aut cur hac deſignatione opus fuit? Priuilegiis ueſtris ſtare uultis, & nunc regni priuilegia trãſgredimini. Neqꝫ eñ priuilegia ueſtra iubent, ut minus contribuatis, q̃ inquilini, utqꝫ ſilentibus inquilinis uos ſoli tragœdiã excitetis. Quid ergo deſignatione opus fuit? Sinatur quoquo uerſũ preter quam in Suetiam nauigari. Hoc liberum uobis fuit modo

Non poterat Illuſtriſſimus rex bello nondum finito deſiſtere.

Impudentia Lubecenſium

Contra priuilegia nihil fuiſſe extortum.

Priuilegia regni Danię.

Si plus contribuiſſent Lubecenſes q̃ incolæ regni, tunc cauſam habuiſſent conquerendi.

Fruſtra factã fuiſſe deſignationem.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Liberum fuit ſemper Lubecenſibus nauigare quoquo uellent, modo ſtarent conditionibus.

pactis ſtaretis, hoc eſt, modo alibi Sueticas merces non imponeretis ueſtris nauibus, & clãculum Lubecam deferretis, ſiquidem ita receperatis uos non facturos Nycopynckenſi fœdere. Neq; uero hoc petiiſſe oportuit, cum non impedierint ueſtram nauigationem Dani, niſi ſiquando uos primi pacta trãſgreſſi eratis. Tunc enim æquum fuit, ut transgreſſionis rationem redderetis. Quod ſi pecuniam mercatoribus Illuſtriſsimus rex uoluiſſet remittere, ſibi liberum non fuiſſet, quum regni priuilegia iubeant cum inquilinis extraneos eadem ſorte uiuere, quibus neq; ipſe rex ſi uellet contrauenire poſſet. Neq; uero priuilegia ueſtra, id facere poſſunt ea in ditione, quod geminis patriæq; priuilegia uetant, & aperte prohibent, quanto minus tale aliquid exigere, quod contra omne ius faſq;, contra regni regiſq; utilitatem, uel in totum facere poſſet.

Etiã ſi Illuſtriſſimus rex uoluiſſet mercatoribus pecuniam remittere non potuiſſet propter priuilegia regni quę id uetabant.

## LVBECENSES.

Iam humilis inſtans & demiſſa petitio nequicquam apud ſuam ſerenitatem uel authoritatis uel loci habere potuit, ſed cum non haberet quid cum ratione reſponderet conatur Lubecenſibus eas conditiones preſcribere, quas ipſe nouerat citra eorum perpetuam & irremediabilem iacturam, honorẽ, iuramenta & fidem Cæſareæ maieſtati preſtitam & ſacro imperio non acceptandas, ita ꝙ ſimilibus illuſionibus indeſinenter uexati non ab ratione ad arma & res repetundas reſpicere coacti fuere.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c, Regis ad ſupradictum Lubecenſium articulum Reſponſio.

Humilis petitio Lubecenſium.
Qualis fuit illa humilis petitio Lubecenſium.

Cur tam humilis petitio locum haberet nondum finito bello, cuius Lubecenſes cauſam dederant? At quare humilis fuit? Quod ſi humilis eſt, quæ iniquã

rem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

rem poſtulat,quæ contra regni priuilegia poſtulat, quæ ea
deniqꝫ requirit,quæ ut dentur in Sereniſſimi regis poteſtate
non ſint,uocetur & hæc humilis, dum modo conſtet q̃ im-
poſſibilé rem impetrare uoluerunt. Quid porro aliud age
batis Lubecenſes,q̃ ut Sereniſſimum regem regnis, opibus,
ditione exueretis? Quid eñ tumultuum plebs excitaſſet,ſi
talem rationem ueſtri ſenſiſſet haberi? Et ſane indignum
fuiſſet, ſi uos qui omnes omnium opes depredamini, qui
alienis laboribus uiuitis,qui metitis, quod non ſeminaſtis
non potuiſſetis tantum contribuere, quantum qui mini-
mæ fortunæ ſunt homines. Porro quid defuit Sereniſſimo
regi quod cum ratione non poſſet reſpondere? Namqꝫ ac-
ceptas naues conſtabat Sueticis mercibus onuſtas fuiſſe.
Vectigalia diminui non paciebatur neceſſitas. De ſignatio
né ueſtram regni priuilegia non ferebant, nauigare in Sue
tiam ex fœdere non licuit. In aliam quamuis partem ſem-
per liberu m fuit. Quid ulterius reſponſum requiritis? Hæc
uobis dicta ſunt, & reſponſum uobis tamen datum eſſe ne-
gatis? Sed conatus eſt rex Lubecenſibus eas conditiones pre
ſcribere,quas ipſe nouerat citra omnem eorum perpetuam
& irremediabilem iacturam honorem,iuramenta, & fidem
Cæſareæ maieſtati preſtitam non acceptandas. Mentimi-
ni & impudenter mentimini Lubecẽſes,nihil tale conatus
eſt Illuſtriſsimus rex,ueſtrum id commentum eſt, Alioqui
cur non exprimitis? Dicite,ſcribite,proponite,iudicio ſtate,
non recuſamus a uobis audire,quæ contra Cæſaream maie-
ſtatem facta eſſe, & dicta ſtolide citraqꝫ omnem rationem
mentimini. Cur non exprimitis? Cur tot ambages nectitis?
Cur non confeſtim memoriæ traditis, ſi quæ dicta factaue,
quæ contra Cæſaream maieſtatem efficerent? Nunquam
enim contra eandem Sereniſſimus rex aliquid attentauit,
neqꝫ Lubecenſes ut id attentarent perſuaſit. Id ſolum tot
poſtulatis,reſpondit uelle ſeſe,ut Lubecenſes pactis,fœdere,
cõditionibus ſtarent,neu noui aliquid aduerſum ſe machi-
narentur. Idipſum ſi contra Cæſaream maieſtatem faciat,

Impoſſibilem rem impetrare uoluerũt Lubecenſes.

Lubecenſes illa humili petitione nihil aliud agebant q̃ ut regẽ in populi inuiadiã deducerent.

Lubecenſes omnium opes depredantur.

Mendaciũ impudẽs fuit q̃d Lubecẽſes ſcribunt regi defuiſſe quod cũ ratione reſpõderet.

Reſponſio ad omnia.

De conditionibus preſcriptis.

Mendaciũ Lubecenſium.

Sereniſſimus rex nihil contra Cęſarẽ maieſtatem Lubecẽſibus uoluit preſcribere.

Si quid voluit preſcribant ꝓponant exprimant ſtent iudicio.

Contra Cęſaream maieſta ieſtatem nihil ſereniſſimũ regem attẽtaſſe.

Reſponſũ regis ad poſtulata Lubecẽſiũ.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Mirũ cur his illuſionib9 neceſſitatẽ bellandi ſibi impoſitã fingant Lubecenſes.
De repetitione rerum.
Reſponſio ad repetitionem.
Inſanus amor bellãdi Lubecenſibus inſitus.
Cum in iudicium uocantur Lubecẽſes tũ ad arma reſpiciunt.
Lubecẽſes cũ perfidia nihil ſe ꝓficere ſentiebãt ad uim apertam deflectere nitebantur.
Q̃ iuſte bellũ gerant qui tam facile incitantur ad bellandum.

prudens Lector diligenter conſyderet. Magis uero mirum, quur his illuſionibus non ab ratione ad arma, & res repetẽdas inſtigati ſint. Quid em̃ erat hic bello dignũ? An quod conditionibus & fœdere ſtare cogebantur? Atqui ſi ea belli occaſio eſt, reliqui exiſtiment. Quas aut res repeterent? Naues, uectigalia, ſed illæ Sueticis erant mercibus onuſtæ, & in iudicio ſtabant, hæc niſi finito bello diminui nõ poterant. Inſanus amor belli hos homines, ita in tranſuerſum egit, ut neq; ipſe diſſimulare poſſint ſuam perfidiam. Bellũ uolebant, ubi nulla occaſio preſtabatur. Ad arma conſpexerunt cum in iudicium uocarentur. Res repetere deſyderabant, quas probe ſuas non eſſe ſciebant, imo uerius quas perfidiæ ſuæ iudicia cognoſcebãt. Itaq; uelut in belluis fieri ſolet ignobilioris animi, ut tum demum ſeſe ad uires conuertant, ubi inſidias uanas fuiſſe conſpiciunt, Ita Lubecenſes ubi omnia inſidiis, dolo, fraudibus tentata, irrita conſpexerunt, arma iam tum & apertum bellum ſomniabant, nullaq; id ratione, q̃ ꝗ minus ex animi ſententia reſpõdiſſet perfidia. Cuius ignominiam, ut aliquo inſigni facinore delerẽt, decorum ſibi putauere, ſi arma aſſumerent & uiribus id demũ tranſigerent, quod fraude perfidiaq; nequirent, qua in re eſtimare conueniat q̃ iuſte bellum gerant, qui tam facile ad id gerendum incitantur.

## LVBECENSES.

QVod ubi percepiſſet Rex, iterum ad amicabilem tractatum, tanquam ad ueterem ſyluam, ita Lubecenſes perpetuo illuſurus deflectitur. Annuũt Lubecenſes tanquam pacis & tranquilitatis auidi, Interuenit rerum tractandarum & componendarum arbiter Illuſtris princeps & Dominus D. Fridericus Heres Noruegiæ, Dux Sleſuicenſis, Holſatiæ, Stormariæ &c. Igitur poſt multam diſceptationem cum regiis oratoribus, qui eius rei gratia in Segebergã oppidulum, haud longe a Lubeca diſſitum miſſi

a rege

a rege deceſſerant, tranſigitur, ibi concluditur, rediguntur concordata & placita in formam literarum ſigillantur per predictum principem, hinc inde oratores, & poſtremo per Illuſtriſsimam Dominam reginam rege extra regnum, & circa Suetiam herente. Reſtituuntur quidē naues, at bona pars bonorum, quæ per claſſiarios regis diſtracta erant minime. Nec ab exactionibus ceſſatum, nec quicquam quod mediantibus talibus extortum fuit, reſarcitum, nec per regem iuxta earum literarum dictamen, & formam quamuis domum rediſſet, in ulteriorem tractatum conſenſum. Sed per contriuiatas & uafras dilationes Lubecenſibus illuſum cum ita eos in ſuſpenſo tenuiſſet, nec minus interim grauaſſet, ut ſcilicet Sigiſbrettæ anus cuiuſdā ueneficæ uerba iſtud uulgariter ſonantia Konnen ghi nicht ſtontlig for ſegelen, men ſal id doch niet honden &c. uera faceret. Taceo quantis probris contumeliis & maledictis eadem ter obſeſſa anus ſæpius etiam præſente conniuente rege Lubecenſes affecerit, cum tamen Lubecenſes in eos, qui in regem etiam hoſtem maledici forent, celerius animaduerterent.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ Regis ad ſupradictum Lubecenſiū Articulum Reſponſio.

ET hoc iudicium eſſe poſſit, q̄ fuerit ſemper in pacē Sereniſſimus rex pronus, q̄q nihil pretermiſerit, quod ad eam conſeruandam neceſſarium duxerit, quo exemplo plane illos admonere poſſit, quid Chriſtianos homines deceat. Deflexit enim ad amicabilem tractatum, uelut ad ueterem ſyluam ita perpetuo Lubecenſes illuſurus. Sed dicite utrum preſtantius eſt ad amicabilem tractatum cōfugere, q̄ tantum innocui ſanguinis profundere? q̄ ferro, flamma, cedibus, omnia deuaſtare? q̄ liberos in conſpectu parentum trucidare? Virginibus in matrum ſinu pudicitiam eripere? Omnia diuina humanaq̧ profanare?

Chriſtianos homines decet ad amicam pacē non ad bellum ferri.

Infanda quæ in bellis committuntur.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Stulte Lubecenſes amicabilem tractatum, ueterem ſyluā vocare.
Vtinam Lubecenſibus ea vetus ſylua eſſet.
Honorificum eſſe ad pacis ſyluā profugere, idq; deū iuſſiſſe.
Nihil a Chriſtiano magis alienū eſſe debere q̄ bellū.
Noua ſylua Lubecenſiū.

Et uos Chriſtiani homines amicabilem tractatum ueterem ſyluam uocatis. Atq; utinam uetus ea ſylua uobis eſſet, & non potius eorum ſcelerum perpetrandorū neceſſitatem faceritis principibus. Tum demum enim probe ageretis, & ut Chriſtianos homines decet, quibus pacem ſemper Chriſtus indixit. Honorificum id uobis eſſet longeq; preſtaret in talem ueterem ſyluam confugere, q̄ perpetuis bellorum tumultibus pro animi libidine implicari. Quid enim debet a Chriſtiano homine magis alienum eſſe quam bellum? Sed cur uetus ſylua eſt? Niſi forte q uos nouam ſemper periurii perfidiæq; conficitis, Illuſtriſsimus autem rex fœdera ſemper rata firmaq; habeat (Alioqui cur illum non aliquando fregiſſe coram principibus teſtamini) ideo ueterem putatis appellandam eſſe. Et placet ſane ueſtra confeſſio, qua in amicabilem tractatum, ut uos loquimini, Sereniſſimum regem ſolitum eſſe confugere teſtamini. Accipimus omen uetus ſylua ſit, uobis nouam ſcelerum perfidiæq; committimus. In ea degite, donec reuelabimini filii iniquitatis, qui innocentum ſanguinem profunditis, populum ſacramēto exuitis, auaritiæ modum nullum imponitis. Sed quomodo perpetuo Lubecenſes illuſurus erat? Putatis illuſionem eſſe facti rationem reddere? fœdera a uobis requirere? ut pacto ſtetis adhortari? ut iudicium obſeruetis admonere? Rurſus nolle pro ueſtro arbitrio, quæ populi conſenſu accepta ſunt obſeruare, ut ea infringantur legationem non admittere. Demum quæ iuſtiſsime in iudicium pertracta, cum iudicio uelle reſtituere, facti rationem exigere, merciū cenſuram fieri curare, & reliqua omnia quæ citra decorum omitti non poterant. At bene habet. Annuunt Lubecenſes, qui prius arma induerant. Nunc paci aures adhibent, qui ad res repetendas paulo ante animati erant, Pacis & tranquillitatis auidi ſunt, qui dicto prius, nulla occaſione permoti, nullis cauſis inſtincti, tantis animis bellum parabāt. Iſta eſt iſtorum perſeuerantia. Nunc arma efflagitant, nūc pacem totis animis apprecantur, tam facile iterum pacem

Illuſio q̄ erat quā eo nomine Lubecēſes uocant ſupradicto articulo.

Perſeuerantiā in Lubecenſibus nullā eſſe

detrecta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

detrectaturi, q̃ prius arma remiſerunt. Iſta eſt Lubecenſium ſtabilitas, Ex armis pacem, ex pace arma uno momento requirere. Rediguntur itaq; concordata, ſigillantur & bene ſigillari poterant. Neq; enim id uobis curæ eſt. Rediguntur in formam literarum, quoties & hoc factum fuit prius? quoties idipſum non obſeruaſtis? Per Illuſtriſsimam reginam. Tandem pudeat uos Lubecenſes tanto nobiliſsimorum principum conuentu, ipſa etiam Sacratiſsimi Cæſaris domini ueſtri, ut dicitis, ſorore ſigillante, confirmata non obſeruare. Quid poterat autem magis preſtare Sereniſsimus rex? Aut qua ratione procliuum auũ in pacem magis oſtenderet, q̃ dimiſſa pacis arbitra Illuſtriſsima regina, & chariſsimo patruo, qui controuerſias dirimerent? Reſtituũtur autem naues. Quomodo autem reſtituuntur, quæ in regis manibus non erant? Iam fide data ſe non abituros intempeſta nocte, deum nautæ fefellerant, cumq; bis iuraſſent inuito rege non abituros, regis humanitate abuſi in ſua conceſſerant. Cur hoc non dicitis? Reſtitutas dicitis, ſed fidem fregiſſe diſſimulatis, inſalutato rege abiiſſe diſsimulatis, citra ſacramenta abiiſſe diſsimulatis. Cum enim a rege ſupplices uela ſua, quæ ſibi prius adempta fuerant, ut ea ſibi liberum eſſet maiora cura conſeruare, expetiiſſent preſtito inſigni iuramento non prius abituros, q̃ conuentum in cauſa eſſet, adhibuiſſetq; fidem pollicitationibus (immemor Lubecẽſes eſſe) Illuſtriſsimus rex, Chriſtiani homines ea prima nocte, qua ſolenniter iurauerant in altum euecti ſunt, & cum mercibus ſuis abiere. Egregium ſane & perq̃ memorandum factum, & dignum quod his articulis inſeratur. Sed mirum non eſt id auſos nautas & mercatores cuius exemplum ſæpenumero in ſenatu ſuo uiderant, neq; id attentaſſe priuatis in rebus, quod in publicis toties factũ meminerant. Ignoſcendum eſt naturæ, ignoſcendum eſt conſuetudini, ignoſcendum eſt exemplo. Senatus id facit, quur ergo mercatori uni aut alteri capitale eſſet? Reſpublica id facit datis literis, cur ergo ciuis unus ſolum iuramentum

Sigillãtur fruſtra cõcordata.

Illuſtriſsima regina in abſentia regis cõfirmat pacta.

Nauiũ deceſſio citra fidem datam.

Quę in cõmodum ſuũ uidẽtur uergere dicunt Lubecenſes ſed reliqua ſilent.

Lubecẽſes fœdifragi uela ſua pecierãt ne deſtruerentur & his conceſſis eadem nocte fugerunt.

Ignoſcendũ lubecenſibus eſſe q fugerint, quãdo hoc naturale uicium illis eſt.

Cũ ſenatus lubecẽſis fidem ſemp frangat nil mirũ eſſe ſi id nautę faciãt

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tum preſtitũ non infringat reſpublica Lubecenſis ſolennia pacta fruſtratur, cur ergo nõ idem faciat in re minore, ciuis unus Lubecenſis? Litere, pacta, ſigilla, concordata, apud Senatum Lubecenſem locum non habent, cur ergo fidem nõ frãgeret pauperculus ciuis tanto republica minor, quanto magis ad ſe, priuatum commodum uidet acceſſurum, ſi au fugiat. Turpe eſt ſupra naturam uelle ſapere, inuidioſum inter tot malos bonum eſſe. Licet Lubecenſi ſenatui fidem frangere, licet & idem remigi aut caculæ, Quid ſi uero publico conſilio aufugerint & iuri ſtare recuſauerint nautæ? Quid tunc commeruerint? quid ſceleſti erunt? quid periuri? qui dominis ſuis obtemperarint, qui ſenatus ſui mandata exequuti ſint? qui reipublicæ ſuæ præceptis morem geſſerint? Neq; enim mihi fidem facere poſſunt priuato id conſilio attentaſſe, cuius facti labem promiſcue ſciebant ad totam rempublicam ſuam peruenturam. Satis eſt quidem in illo tam nefario actu docere magnam cauſam fuiſſe Lubecenſibus, quare nautas ad frangendã fidẽ hortati ſint. Magnam ea in re ſpem uictoriæ, multum iniquitati ſuæ detractum iri putaſſe. Itaq; illud ualet, ſi fides frangenda eſt, honoris aut lucri gratia frangenda eſt, aliis omnibus in rebus æquitatem, fidemq; ſerua, & quamq̃ fidi homines nulla occaſione ad id impelluntur, infidi tamen ſæpe parua. Atqui reuocatis nauibus Lubecenſes hoc aſſequebantur, ut priuatis lucris inſeruirent, & non modo id facerent, ſed ut ex more Germaniæ imponerent, quam grauiter ferebant tam diu uectigalium ſuorum expertem eſſe. Deinde male habebat illam inſignem rempublicam, quod omnibus compertum foret q̃ inique cum Danorum regibus agere ſoliti eſſent ſui ciues, quã frequenter fidem infringerẽt, Nam preterq̃ quod iniquum illis uiſum fuerat iuris determinationem preſtolari? quo nunquam ſoliti fuerant uerſari, hoc etiam addebat animum, quod regis impar cauſa futura erat, cum ſibi liberum eſſet mercium precium, quæ in nauibus erant extollere, & quaſdam etiam ſermone adiicere. Qua ex re moturi

Publico ſenatus Lubecenſis conſilio ꝓbantur nautæ fidem datam fregiſſe.

Argumenta.

Argumenta rei.

Quare inducti fuerint Lubecenſes ut fidẽ frangerẽt.



erant

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

erant inuidiam regi apud ignaros fraudis homines, qui ex una parte totam cauſam exiſtimant, quod adeo non fefellit illos, ut in hoc etiam articulo mercium bonam partem per claſſiarios regios diſtractam inculcent. Poſtremo grauiter ferebant id ab omnibus inculcari, qui Haffniam aduenerant. Lubecenſes fidem fregere, Lubecenſes ſigilla ſua fruſtrati ſunt, Lubecenſes nullis fœderibus deuinciri poſſunt. En naues captiuas Sueticis mercibus onuſtas, cum ſolenni pacto, datis literis totius reipublicæ confœderatarumq; urbium, iurati eſſent ab omni Sueticarum mercium cōmercio temperaturos. Et quem non permouiſſent illæ aculeatæ uoces? Deniq; ita natura receptum eſt, ut qui fidem frangere ſoliti ſunt, etiam ſi cupiant, affectum non poſſint reprimere, & ſi uelint, non poſſint frangere indurati cordis corroboratam iam uetuſtate perfidiam? Alioqui cur in periuros & transfugas iure uſi non ſunt? Populus Rhomanus cum iam memorabilem illam cladē ad Cannas accepiſſet, ſpectatæ uirtutis militem, qui iurauerat ſe in Caſtra Hannibali rediturum, functum iuramento quia tamen per dolū functus fuit, captiuum ad Hannibalem remiſerunt inſigni documento oſtendentes, minimam etiam leſæ fidei aut ſiniſtre exequutæ fugiendam eſſe, Et Lubecenſes duos naues mercibus plenas, in quas probe ſciebant, quanta humanitate uſus eſſet Illuſtriſsimus Chriſtiernus, cum iam cauſam iure determinari rex uellet, ad ſe contra fidem & iuramentum bis preſtitum uenientes, non modo non remiſerunt, uerum etiam non uerentur apertam ex his regi inuidiam cōmouere. Et merces per regios claſſiarios diſtractas mentiri. Atqui ſi diſtractæ ſunt, quur non ſinebant iure cauſam decidi? Si enim iniuria captas eſſe determinatum fuiſſet, ſingularum mercium ratio claſſiariis regiis reddenda erat. Immo ipſe rex & damna, & iniuriam, & moram pecunia rependiſſet. Quod ſi noctu preter fidem datam non ueriti ſunt aufugere, nonne apertam cauteritatæ conſcientiæ teſtimonium exhibent? Nonne aperte fatentur iure ſe

Fugiētibus nauibus, liberū fuerat Lubecenſibus multa de illarum precio comminiſci & quedā etiam abſtracta dicere, cū non poſſet iure cauſa probari.

Argumenta alia.

Si noluiſſet Senatus Lubecēſis vt ſui fidē frangerent debuiſſet in fœdifragos nautas animaduertere.

Qꝫ merces ꝑ regios claſſiarios diſtractæ non ſint.

Ex Lubecēſiū ꝑiurio infrin-
gi illorū cau-
ſam.

uictos iri, qui iuris determinationem turpi fuga preuene-
runt? Cumq; iure poſſent mercibus omnibus ſuis, ſi uince-
rent, potiri, quas nunc comminiſcuntur per claſſiarios di-
ſtractas fuiſſe, nonne palam docent cauſæ ſuæ nunquam ſa
tis uituperandam iniquitatem? Neq; uero fatetur rex mer-
ces per ſuos claſſiarios diſtractas eſſe, quando quo minus
queſtionem decreuerit ferendam, ueſtro Lubecenſes periu-
rio effectum eſt. Liberum eſt uobis ea comminiſci. Reddite
naues, iubete iudicio ut ſtent, permittite iudicio cauſam de-
terminari. Si in ea ſuperiores fueritis queſtio de bonis, quæ
diſtracta eſſe mentimini, tum demū feretur. Nulla uobis ia
ctura illata erit. Sed ſi hoc nō poteſtis efficere, ſi merces diſ-
tractæ ſunt per ueſtros remiges, cur hic non ueremini Illuſ-
triſſimi regis bonitatem calumniari? Silete tandem uiru-
lētæ aſpides, & ſi quid cum Illuſtriſsimo rege uobis ſit, quod
obiectum uelitis, iure id efficite. Quid opus mendatio eſt?
uel quod eſt impudentiæ iſtius ueſtræ premium? Merces per
claſsiarios diſtractas dicitis, & quo minus id probari poſſet,
turpi periurio effeciſtis. Ab exactionibus ceſſatum non eſſe
inculcatis, cum probe neq; tum rege adhuc in Suetia, ut
uos ipſi fatemini herente, cognoſcatis citra regni amiſsio-
nem ab illis ceſſari non poſſe. Reſarciri uultis, quod medi-
antibus talibus fuit extortum, & id nullus unquam inqui-
linorum reſarciri ſibi poſtulauit. Heteronomi cum incolis
Danis eſſe uultis, quod leges uetant, ius patrium prohibet?
Querite igitur aliam tum uobis Daniam in ea negociemi-
ni. Cur uobis reſarciendum erat, quod iuſtiſsime fuit impo
ſitum? Exemplum dicite. Quis unquam principū, qui pro
neceſſitate uobis auxit uectigal, neq; tamen uobis magis, q̃
ſuis auxit, quod ex eo extortū fuit, uobis tū demū reſtituit?
Auctum eſt & ab aliis. Vrget enim ſubinde neceſsitas, quæ
non augeri non permittit. At quis demum unquam uobis
reſarciuit? Dicite unum aliquem ſi poteſtis. Quod ſi id uo-
bis impoſsibile eſt, cur tantis animis in hunc regē debaccha
mini? Cur ea ex occaſione bellū auſpicamini? Nullus unq̃
princi-

Inuitātur Lu
becenſes ut iu
re cauſam trā-
ſigant non dif
famatoriis li-
bellis.

Iniquum eſſe
reddi quod ꝑ
uectigalia at-
tributum eſt.
Nullus prin-
cipū id unq̃
fecit indignū ē
ergo Chriſtier
num cogi.

Attēde lector
quid Lubecē-
ſes ex hoc mo
liti ſunt ꝙ re-
tribui uectiga
lia uolebant.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

principum,& tamen ob id bellum ceptum non eſt. Et in hunc quia pro animi ueſtri libidine confeſtim non obtem-perat iuſsionibus ueſtris tam honeſtis, principes primum omnes conuertere uultis, qui egre laturi eſſent, id a Chriſti-erno primum fieri, quod poſtea in ſe omnes redundaret. Tum populum incitatis, qui legibus ſuis nihil pateretur, ob ueſtram commodum derogari. Quod ſi qua in uobis ſcintilla prudentiæ eſt, nonne conſyderare poteſtis, quan-torum malorum occaſionem preſtitiſſetis? Si enim uobis reſtitutum fuiſſet, quod equale cum populo contribuiſtis in neceſſitatem, dubitatis & alios promiſcue omnium re-gum principumq; ſubiectos, id idem a ſuis dominis pro ani mi inſolentia petituros fuiſſe, ſi quando dementis cerebri furiis agitarentur.

quę mala ſub ſecuta eſſent ſi reddidiſſet ex uectigalibꝰ aſ ſumpta.

Irretentibile enim populus malum eſt, ut Greci aiunt, qui ubi inceperit progredi, ſiſti non poteſt coerceri non poteſt, uinciri nõ patitur inſolentia. Hoc opus agebatis Lubecenſes, ut omniũ ſubditorum animos a prin-cipibus alienaretis, ut monocratiam ſubuerteretis, ut exo-ſam toties Democratiam introduceretis. Parabatis ergo ex cidium nobilitati, libertatem in qua nihil non malorum eſt, plebeculæ, Regibus, principibus indubitatam ruinam, & hæc omnia tam aperte parabatis, ut nemo non uideret, id unum uos agere, ne principes ſint, ne maneat nobilitas ne quis honor uirtuti ſit, qui cum nobilitate extinguitur, econtra, ut eſſet plebecula, ut maneret ignauia, ut honor ſordibus eſſet, qui ignauiam conſequitur, preeſſent merca-tores, regerent fœnerarii, preſiderẽt publicani, dominaren-tur quadruplatores. In ſumma quanto quid eſſet magis a uirtute alienum, tanto maiorem ad imperium uiam inue-niret.

Lubecẽſes no bilitati ex hoc facto exitium parabant.

Argumenta.

Exempla preſto ſunt. Vix cẽtum quinquaginta anni ſunt, cum e Flandris initium malorum ortum eſt, diminui uoluere uectigalia, quod quia non impetrarunt arma in-duerunt, confeſtim totam Galliam & Franciam labes inua ſit. Cæſa nobilitas eſt, ſtupratæ in conſpectu parentum uir-gines, Matronæ uidentibus uiris ignominiam corpore ex-

Probatio ex exemplis ex tali facto q̃d nũc parabant inducere Lu-becenſes nobi litatẽ olim in maximo peri culo fuiſſe.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ceperunt. Viri uerubus affixi ſunt, Matronæ ut ſuorum cor-

Francicus tumultus quem ipſi Iacquarũ bellonacenſiũ uocant ex tali initio.

poribus ueſcerentur inductæ, Proceſſit iniquitas e campanis, Bellonacis, Lingonibus, Leucis, Rhemis, Cathalannis, (Regiones Francorum ſunt) tota nobilitas extirpata inauditis tormentis eſt. Vix ſedari ceperant, cum in Anglia

Anglicus tumultus a plebe ſub Richardo Edcardi VValli filio exſimili initio

ducenta uirorũ milia inſurrexere, Richardum regem Lundini obſedere, Regni conſiliarios trucidauere, nobilitatem ad cedem flagitauere, & occiderunt ſane nullo ære eſtimãdos uiros idq; nulla alia occaſione q̃ ꝙ nobiles eſſent, & plebeias ſordes execrarentur. Actum erat uero de tota nobilitate, ni deus aliam illis mentem indidiſſet, fortunaq; magis q̃ potẽtia adfulſiſſet. Iſti ſunt progreſſus e minimis initiis. Serpit enim late uenenum, ubi ſemel diffuſum eſt. Et Chriſtiernus rex quia occaſionem dare nolebat, ut id plebecula Lubecẽſium exemplo attentaret, tribus opulentiſsimis regnis exutus eſt.

Attendite hęc diligẽter Reges & principes, res enim ueſtra nũc etiam agitur.

Auditis hæc principes? Chriſtiernus rex iuſte acceptum e uectigalibus emolumentum noluit iniuſte Lubecẽſibus remittere, & ob id nunc extorris agitur. Videtis? Exulat nunc qui pro ueſtra omnium ſalute ſuum corpus obiecit, qui niſi feciſſet id, iampridem, quod nũc, niſi caueatis, certiſſime inſtat, horrendum dictu completum eſſet. Hæc exempla tãdem diſcite. Profugus eſt Chriſtiernus, qui ne uos profugi eſſetis effecit. Extorris eſt, qui uobis documẽtum prebuit ne extorres agamini precauendi. Mors illi intentata eſt, qui ſua uita premunire uos poteſt ne in excidiũ labamini. Et hæc Lubecenſes attentarunt. Legitis? Nec quicq̃ mediantibus talibus extortum reſarcitum. Hæc uerba ſunt. Reſarciri uolebant, Reddi uolebant, Aperta ſunt omnia. Negare non poſſunt, Gladium attribuunt, quo ſeſe iugulent.

Voluntas Lubecenſiũ quãtorum malorũ cauſa fuiſſet nunc quia adimplere nõ poterant Illuſtriſſimũ regẽ expulere.

Niſi forte quod id a Sereniſſimo rege impetrare nequeunt, minus ducendum ſit puniendũ eſſe, perinde quaſi exitus rerum, & non potius intentio & animus legibus uindicentur. Minus graue fuit regibus principibuſq;, quod perfectum non ſit, nihilominus certe tamen puniendum. Ex communi utilitate fuit, quod non actum ſit, quod non per

petrarint

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

petrarint quod inceperant,nihilominus tamen in eam in-
tentionem a principibus fuit animaduertendum . Noluit
rex,& profligatus eſt.Recuſauit & in exilium actus eſt,Quid
maius potuit intentari? Quid grauius infligi? Fatentur re-
gem in id noluiſſe animum adiicere. Nec per regem inqui-
unt iuxta earum literarum dictamen & formam , quamuis
domum rediſſet conſenſum . Verum eſt,conſenſum non
eſt,ut uobis ea remitterentur, quæ citra omnium principũ
detrimentum remitti non poterant. Conſenſum non eſt,

> Attendite & hoc diligenter reges & principes.

ut ueſtro exemplo in principes promiſcue plebs inſurgeret.
Hoc ſi iniquum eſt,cur ſapientiſsimi principes non execrã-
tur? Sin uero honorificum eſt, & egregii principis munus,
ſuo periculo ne alteri iniuria fiat propugnare, uidere uos
conuenit Lubecenſes q̃ indignam rem commiſiſtis, cuius
tandem pudere uos debet & penitere . Quomodo uero per
continuas & uafras dilationes Lubecenſibus illuſum eſt?
Quæ ſunt iſte uafræ dilationes? Dicite,Arma parabatis,Ob-
uiandum erat. Tractatum requirebatis, & illius copia uo-

> Vafrę dilationes quales eo nomine Lubecenſes appellant.

bis facta eſt, naues deſyderabatis aut arma preſto erant. Ne-
q; enim iure uolebatis decerni cauſam ueſtram , ſed & illæ
uobis reſtitutæ ſunt. Quomodo ergo uobis illuſum eſſe
mentimini ? Aut quomodo in ſuſpenſo retenti eſtis?
Naues habuiſtis, nihil uobis ademptũ fuit. Quid flagitaba-
tis? Sed tributa remittenda erant. Atqui nondum tempus
aduenerat,& ut iuri ſtaretis petebatur. Quod ſi facere uolui
ſſetis omnia cõfeſtim uobis remiſſa eſſent. Neſcitis quoties
inculcata ſunt hæc uobis? At uera fuere uerba anus uenificæ
Quid ad regem? Quid ad uos? ſed prudentes eſtis, qui a ue-
nefica argumentum deſumitis, Vetula inquiunt dicebat.
Omnia ſignate, neq; enim curæ erit ſeruare. Euge factum.

> Verba anus uenificę ſtulte aſſumi in teſtimonium.

Obſeruatæ conditiones non ſunt. Cur id non oſtenditis,
Cur ſine probatione tale aliquid aſſeritis? Niſi forte ter ob-
ſeſſæ uetulæ temere emiſſam uocẽ pro teſtimonio ducitis
aſſummendam, & non uidetis interea q̃ uobiſmet contra-
uenitis dum cauſam ueſtram augere uolentes, ter obſeſſam

> Lubecenſium imprudentia.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

& ueneficam aſſumitis in teſtem. Certe ut mulieris uetulæ teſtimonium non acceptarit prudens, ita omnium minime illius aſſumpſerit, quæ ter obſeſſa ſit & uenefica. Quid enim ſpiritus mendacii niſi mendacium proferet? Aut quo modo uerum proferet, qui in infinitum ab eo diſtans ueri umbram nunquam attigit? Sed quod ad probra, ad contu melias ſpectat, quibus a ter obſeſſa illa uenefica affectos ſeſe indignis modis conqueruntur, nihil ad regem facit. Etenim ſi illa uenefica fuit, ſi ter obſeſſa, an putandum eſt Sereniſſimum regem in manibus habuiſſe, quo demonibus ſilentium imperaret.

Regis iuſſu nũq̃ affecti fuere contumeliis Lubecenſes.

Neq; enim regis iuſſu contumeliis Lubecenſes affecti ſunt. Quid enim contumeliis opus eſt? Illi enim tum demum contumeliis agunt, qui ſuis uiribus parum poſſunt. Itaq; in prouerbium receptum eſt latrantes canes rarius mordere. Feminarum ſunt hæc nugamenta.

Infanda q̃ in regem a Lubecenſibus dicũtur & indies confingũtur.

Cæterũ in eos qui in regem etiam hoſtẽ maledici ſunt, quã egregie animaduerteritis, & præſentia docent, & præterita luce clarius poſſunt demonſtrare. Quid uero hoc ad cauſam? Audiuntur illæ peſtiferæ uoces nullo non die a uobis, quibus Carolum Quintum florentiſsimum Cæſarem traducitis, quibus omnes reges & principes inſimulatis.

Neq; Lubecẽſes Karolo V. Cæſari parcere quo minus infinita conuiciant.

Quid ad nos? Conuicia non terrent. Prodeunt libelli ueſtri diffamatorii & hæc conuicia non ſunt? Suetos hortati eſtis, ut ſceleratas illas machinationes aduerſus regem uno agmine emitterent, & conuiciorum nomen nõ promereri putatis? Patruum aduerſus regem incitaſtis, & hic non plus q̃ conuicia eſſe arbitramini, ſed conuiciari neſcitis, omnia aperto bello agitis.

Conrardus konyng ciuis lubecenſis dictu horrenda in regem cõfingit.

Probris nõ agit conciuis ueſter Conrardus Konyng. Neq; enim didicit conuitiis certare, ſed fraudibus Veteranus quadruplator. Et uos in hunc animaduertitis? Tametſi liberum uobis eſſet conuiciari, modo rem iudicio non armis tranſigeretis, ſed id non didiciſtis a patribus.

## LVBECENSES.

Cum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

CVm itaq; Lubecenſibus multis argumentis compertum eſſet regem ipſum ob collata in eum beneficia & condonatam patientiam magis atq; magis irritari. Nec ipſos concordatis & tractatis gaudere poſſe, ſed ſuam regiam celſitudinem ita in Lubecenſes, ut nullus pacis aut gratiæ locus ſui regiminis temporibus ſperandus exacerbatam, adegit eos ſuprema neceſſitas, de uiis defenſionum cum amicis agere, quamuis ſua regi[a] celſitudo, iterũ atq; iterum pollicita fuerit, dummodo ſibi in abſtinentia a regno Suetiæ & commertio mos gereretur, quod egregie a Lubecenſibus factum, futurum ſe ipſis, ita benignum & comem, ut in trecentis annis gratioſiorẽ minime habuiſſent uicinum regem &c. At quomodo acta & res uerbis commẽſurata predicta & ſubſequentia demonſtrabunt.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ Regis ad ſupradictum Lubecenſiũ Articulum Reſponſio.

QVæ erant iſta argumenta? An quod fœderibus uos ſtare uolebant, an quod uectigal diminuere adhuc non poterat? Neq; enim alia argumenta ſunt, quibꝰ irritatum eſſe poſſitis comminiſci. Porro quæ erãt ueſtra in regem collata beneficia? An quod fœdera non obſeruaſtis? quod Suetis citra tot ſolẽnia pacta opibus, uiribus, conſilio adfuiſtis? Quod illorum animos in rebellionem incitaſtis, Quod commercium apertum cum illis contraxiſtis? Nihil enim aliud a uobis nactus eſt. Abſtinere debebatis non abſtinuiſtis, ſuæ Serenitati adeſſe uos decebat, & nihil minus actum eſt. Quam uero pacientiam condonaſtis? quod ſi de ueſtra pacientia loquimini, nihil dicitis. Nunquam enim nõ ad arma reſpexiſtis. Confeſtim ubi duæ illæ oneratæ naues in Daniam deductæ erant inuitaretq; uos rex, ut ſtaretis aliorum ſententiis, arma minitabamini. Et aperte bellum ſomniabatis, unde iam tum offa

Beneficia Lubecenſiũ erga Sereniſsimũ regem collata qualia ſemper fuere.

Qualis eſt Lubecenſiũ condonata patientia.

uobis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Omnia q̄ poſtulare potuerunt Lubecēſes nacti ſūt ut bello abſtinerēt & nō fecerunt.

Lubecēſes pecierunt locum indici in quo de pace tractarēt & in eūdem noluerūt aduenire cum a rege celeberrima legatio emiſſa eſſet.

uobis preparanda fuit, quæ in os coniiceretur, facta uobis ſpes eſt omium rerum, Naues ueſtræ ꝙ fidem fregerint impune uobis ceſſit. Itaq; quomodo fuit ulla ueſtra pacientia ueſtra, ſed uobis regia in contemptum uenit, qui paſſus ſit impune tot ſceleribus uos contaminari. Petiiſtis ut locus indiceretur, in quo de comunibus rebus negocium ageretur tractarenturq; omnia, quæ ad utriuſq; partis controuerſiam faciebant. Indictus eſt & non comparuiſtis, cum non compareretis iterum fidem datam fruſtrati, quater mille paſſus ab urbe ueſtra diſtabat, & non aduenistis. Miſſi ſunt a Sereniſsimo rege Epiſcopi duo totidem equites, totidem doctores. Digna legatio cui ueſtri copiam faceretis, & recuſatum eſt. Nota ueſtra obſtinatione Illuſttriſsimus Ioachimus Marchio Brandeburgenſis Elector Imperii, & Albertus Megapolenſis Dux, & Ratzeburgēſis preſul, primū quidem Flensborgum deinde Lubecam aduenere, quibus cum conditiones dediſſetis a rege acceptæ ſunt. Cumq; iam utrimq; firmiſsima pax crederetut ad futura interea uos diem e die trahebatis & magnam claſſem comparabatis, & media in pace cum uos ipſi conditiones preſcripſiſſetis, quas regem acceptaſſe conſtabat in Burondiam inſulam traieciſtis omnia ferro & igni deuaſtaſtis, Arcē Bornholmū preſidio ceſo expugnaſtis, deieciſtis, demoliti eſtis, & hæc omnia cum pax exiſtimaretur certiſsime ſubſequutura neq; prius graſſante bello, neq; tum indicto, neq; adhuc ea perfidia contenti, Hafniam inuaſuros minitabamini. Hæc pacientia ueſtra eſt? Magnum fuit uobis cōditionum preſcribendarū ius permittere, maius omnes admittere, maximum cum ueſtra iniquiſsima cauſa eſſet, ad pacem perennen inclinari. E contra graue in uobis perfidiæ crimen, indictum conuentioni locum aſpernari, tot proceres fruſtrari, maximorum principum authoritatem ludibrio habere, ſed hæc uobis obliti ſumus innata eſſe. Parte alia qua ratione citra indictum bellum uim ueſtram quam Burondiæ intuliſtis, creditis defendi poſſe? Vos in rege iuſticiam deſyderabitis ꝙ duas naues Sue-

Iterū dedere Lubecēſes cōditiones quæ cum acceptarētur a rege ipſi bellū interea ītulere.

Burondia Inſula pacis tempore a Lubecēſibus uaſtata & Bornolinus exciſa.

Illuſtriſſimū Ioachimum Marchionem Brandeburgēſem & Abertū Megapolēſem qui de pace agebāt Lubecenſes fefellere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ues Sueticis mercibus onuſtas, & in quas diripiendas pacis
uobiſcum initæ conditiones conſenſerant, citra diffidatio-
nem in poteſtatem redegiſſet, cum ibi diffidatione opus
non eſſet. Et modo cum conditiones a uobis præſcriptæ a
Sereniſsimo rege acceptatæ ſunt, certiſsimaq; fides ſit per-
petuorum fœderum confecta, putatis decorum eſſe, ꝙ inſu-
lam non ignobilem depopulati eſtis? quod arcem expug-
naſtis? quod obſidionem eſtis interminati? Qua id uobis ra-
tione licuit? Iſta eſt ſane pacientia Lubecenſium, ꝙ dum a
clariſsimis principibus, Cæſareæ maieſtatis iuſſu, de pace cō-
uenitur, nullo præuio bello, citra diffidationem nobilem
inſulam exſcinditis & atroci uoce ad arma conclamantes
regiæ urbi oppugnationem minitamini, cede, incendio,
rapinis, omnia defedatis. Nihil Cæſaris, nihil principum
authoritaté ueremini, & adhuc dicitis tractatis uos, aut cō-
cordatis gaudere non poſſe? Porro quæ ſunt tractata, qui-
bus non gaudetis? Enumerate aut unum ſi poteſtis, neu ma-
gis citra rationem tam impudenter conqueramini. Sed
cuius rationis & id eſt, quod ſubiungitur ſuam Regiam cel-
ſitudinem ita in Lubecenſes animatam eſſe, ut nullus pacis
aut gratiæ locus ſui regiminis temporibus ſperandus eſſet?
Quomodo enim gratiæ aut pacis locum non ſperaretis ab
eo principe, qué ſciebatis ueſtras conditiones per Illuſtriſsi-
mum Electorem Imperii Marchionem Ioachimum & Al-
bertum Magnopolenſem allatas ultro acceptaſſe? Non pu-
det uos mendacii? Vos uoce preieratis, quid Sereniſsimum
regem uelletis facere, & is pro innata clementia acceptauit.
Iam uobis parebat cum armatam claſſem in Buroniam
transmiſeratis. Negatis hæc? At teſtificabitur Illuſtriſsimus
princeps Ioachimus Brandeburgenſis Marchio ſacri Impe-
rii Elector. Teſtificabitur Albertus nobiliſsimus Magnopo-
lenſis dux. Teſtificabitur demum Reuerendiſsimus pater
Henricus Ratzeburgenſis Epiſcopus Cæſareæ maieſtatis
Commiſarius. Quod maius teſtimonium requiritis? Accep-
tæ conditiones erant, quæ ut non etiam acciperentur nulla

Hęc omnia ci-
tra idictū bel-
lum & diffida-
tionem illata
a Lubecenſi-
bus fuere.

Lubecēſes cū
preſcripſiſſent
cōditiones qu-
as Illuſtriſs.
rex acceptabat
adhuc aiūt nul-
lum pacis aut
gratię locū fu-
iſſe regis tēpo-
ribus ſperan-
dum.
Cęſareū regi-
mē in Nurim-
berga iuſſerat
Lubecenſib9
ne bellū cū re-
ge Chriſtier-
no gererēt do-
nec iure cauſa
determinare-
tur & parere
noluerunt.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

uobis preter unicam libidinem fuit bellãdi occaſio. Ius re-
quirebatur & uos adeſſe dedignati eſtis. Sacræ Cæſareæ ma-
ieſtatis regimen ſub pena perditionis bis mille librarum pu
ri auri uobis inhibuerat, ne bellum cum rege gereretis, ſed
iuri ſtaretis & obedire noluiſtis tam egregii Cæſaris obſerua
tores eſtis, & neceſſitatem uobis impoſitam bellandi ad-
huc non dubitatis aſſerere. Nullus ergo pacis aut gratiæ
locus ſperãdus erat ſui regiminis temporibus, quia uos ſuæ
Serenitati nullum pacis locum feciſtis. Vos illum regnis
opulentiſsimis exuiſtis, uos in illum patruum chariſsimũ
armaſtis, nequando pacem a uobis deſyderare aut exſpecta
re poſſet. Nam deſyderauit ſemper, ſed uos auerſati eſtis.
Ex his inferant Germaniæ principes, quæ ſuprema neceſſi-
tas eos ut de uiis defenſionum cum amicis agerẽt, coegerit,

> Niſi Lubecẽ-
> ſes feciſſent ne
> q; bello neq;
> auctione uect
> igaliũ regi o-
> pus fuiſſet.
> Conſuetę na-
> uigationes in
> Suetiã exerce-
> ri preter Cęſa
> reũ bannũ &
> toties inita
> fœdera a tri-
> bus ciuibꝰ cũ
> multis nauibꝰ
> q̃ hic enume-
> rantur.
> Gaſper Vni-
> manus ciuis
> Lubecẽſis fre
> quenter naui-
> gans in Suetiã
> preter condi-
> tiones & fœ-
> dera captus fu
> it a Danis.

cum neq; ipſi diſsimulare audent regem magna illis polli-
citum fuiſſe, ſi a Suetorum commercio abſtinerent. Quod
preter hæc omĩa nõ uerẽtur egregie a ſeſe obſeruatũ dicere.
ſed utinam tam uere dicerent atq; impudenter. Tunc enim
futurum erat, ut Suetia toties non rebellaſſet, ut uectigalia
aucta non fuiſſent, ut hoſtibus nulla adfuiſſet Sereniſsimũ
regem criminandi occaſio. Satis ſuperq; multa id declarãt.
Tum precipue conſuetæ illæ nauigationes Nicolai Todi,
Conrardi Koning, Gaſparis Vnimanus, quorum primus
Suetico bello cum aliquot militibus & nauibus profectus in
Suetiam, magno hoſtibus uſui fuit, cum ſubinde & milites
& naues & pulueres ſubueheret, & ſtrennue adhortaretur, ut
conceptam rebellionem eo fortius continuarent, quo de
Lubecenſium ſubſidio minus eſſet ambigendum. Alter cre
bra nauigatione uſus ſemper id effecit, ut erga Sereniſsimũ
regem, nullam fœderum, nullam pactorum rationem ha-
berẽt. Tertius hoc nauigandi genere tam notus eſt, ut in fa-
bulam etiam uenerit, quando ſæpenumero a regiis duci-
bus medio in mari interceptus penas luiſſet, niſi maluiſſet
Illuſtriſsimus princeps ſuam Lubecenſibus perfidiam emiſ-
ſo eo propalare, & fidem facere, neq; ſuæ Serenitati ignotũ

eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

eſſe quo fraudum genere erga ſeſe uteretur. Quid memoremus inſigne illud facinus, quod mediis in induciis Suetico bello peregere? Conuentum erat in pacis conditiones, ſpes erat omnia optime ceſſura, cum ſubito preter fœdera nauim unam prægrandem & admodum munitam commeatibus machinis bellicis, pulueribus, tormẽtariis & rebus aliis uſui belli neceſſariis onerarunt & in Suetiam auxilio rebellibus tranſmiſere palamq; perſuaſere, ut ſeſe fortiter aduerſus Danos tuerentur. Futurũ enim eſſe, ut quamquã fœdere prohiberentur cum Suetis Lubecenſes negociari, clanculum tamen nihil non Suetis ſubminiſtraturos. Permouerunt ea uerba Suetorum animos, quo factum eſt, ut finitis induciis bellum q̃ pacẽ amplexari maluerint. Quid & illud quod ipſius reipublicæ Lubecanæ primores frequenter familiares ſuos nonnunquam etiam filios & nepotes nauibus in eorũ portubus aperte inſtructis in mare emiſere, ut pyraticam exercerent, & regis ſubditos depredarentur, qui in eoſdem portus unde exierant, redeuntes predas & ſpolia inter ſe partiti ſint, Burgimagiſtris & ſenatu ſcientibus & aſſentientibus & impunitati dantibus, & quod longe deterius eſt, partem ſpoliorum in uſus ſuos ſeu erarium publicũ referentibus? Quæ cum talia ſint atq; ipſi talia aperte fateri cogantur cum adhuc ſuperſint, predones illi, qui ſæpius in Suetiam contra fœdus nauigaſſe deprehẽſi ſunt, & uerſentur Lubecæ impune ciuiumq; numero habeantur, nonne apertiſsimum eſſe poſſit, ſubdole, mendaciter, & citra omnem ueritatem talia eos comminiſci, ut egregie obſeruatũ fœdus & facta omnia ex animi Sereniſsimi regis ſentencia inculcent? Sed hæc in ſequẽtibus adhuc longe compertiora futura ſunt, non quemadmodum illi putant caſura.

Lubecẽſiũ factũ bello Suetico cõtra omnia fœdera data & inita.

Aliud factũ Lubecenſium

Q̃ inſignis ſit ſenatus Lubecenſis qui filios ſuos & familiares in pyraticã mittũt nullo indicto bello.

Predones illi qui toties fœdera fregerũt impune Lubecæ verſañt & optimorũ ciuium nũero habentur.

## LVBECENSES.

SVa regia dignitas in regno Angliæ multa diligentia per interpoſitas perſonas etiam ſuos, ut Lubecenſes

& alios mercatores in ſuis libertatibus & priuilegiis turbarentur, ut indignationem regiæ maieſtatis contra ipſos prouocaret multis uiis inſtetit. Item in regno Ruſſiæ & ampla Nogardia cum principe agere conatus eſt noſtros domibus ſuis & libertatibus ſpoliaret & deturbaret. Foccharos & alios, qui ſuis monopoliis regna & populos deuaſtant, & ut ipſi didētur depauperant, ibi collocaret. Deniq; ſumma diligentia adniſus eſt, Lubecēſes in nihilum aut ſuam poteſtatem redigere omni commertio in omnibus mundi partibus exuere, quod utiq; ſicuti grauiſſimum ita ſupra q̃ intollerabile.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c, Regis ad ſupradictum Lubecenſium articulum Reſponſio.

Lubecenſium in hoc articulo citra rationem apertum mendaciū ex q̃ reliqua omnia metiri cōueniat, id aūt nimis peruiū eſt q̃ vt fuco poſſit obduci.

HOc demum eſt Lubecenſium fatum, ut quum reliqui homines, qui cum aliis iniuriarum agūt, ita ſoleant temperare ſermonem, ut maxime caueant, ne quid tam inconditum proferant, quod in ipſorum caput poſſit incidere. Lubecenſes nedū eo a uitio pedē non rettahunt, ut ultro in apertiſsimam inſaniam prolapſi mēdacium longe euidentiſsimū non uereantur aſſcribere, ſed eo uoluit illos deus deuenire, ut ex hoc loco, qui longe apertiſsimus eſt, reliqui homines coniecturam faciant, q̃ uere, q̃ pie, q̃ Chriſtiane, q̃ deniq; citra omnem fallaciam cum Illuſtriſsimo Chriſtierno tranſegerint. Qua in re, tametſi plurima ſunt, quæ nunq̃ ferenda eſſent, cum preſertim deceat homines Chriſtianos ab omni iniuria temperare tamen id merito primum locum uendicare poſſit, quod ea ex re ſuam cauſam putant longe futuram iuſtiſsimam. Neq; em̄ ſi uos ex Europa exigere in animo habuit Lubecenſes iniuſtum bellum futurum eſt, quo illum tribus opulentiſsimis regnis exuiſtis, neq; immerita defenſio, qua uos ſalutē ueſtram, aduerſus oppugnatorem tutati eſtis. Deniq; & nos

Aperti mēdacii cōuictis nō deberi fidem in aliis omnibus adhiberi.

Si uerum eſſet quod Lubecēſes hoc articulo proponunt ſatis eſſe cauſæ ad ſua tutāda.

fruſtra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

fruſtra cauſam omnem ueſtram contudimus, ſi uerum ſit
Illuſtriſsimum regem in id elaboraſſe, ut omnibus e regnis
uos exigeret, cum ea una cauſa ſufficere poſſet, ad reliqua
omnia, quæ regi intentaſtis, quod ueſtrum excidium pro-
curauerit. Huic ſuccumbent periuria, ex hac pyraticæ ueſ-
træ inuidia eleuabitur cum omnia hæc aduerſus eum, qui
uos extirpare nitebatur, coacti ſitis aſſumere. Ita enim na-
tura receptum eſt, ut uis intentata repelli poſſit dolo an uir
tute, nihil enim hoc ad hoſtem. Quod ſi hæc oſtendere poſ
ſunt Lubecēſes uera eſſe, nihil magis requirimus, uincimur,
cedimus, ſin minus & nos oſtendere poſſumus, apertiſsi- Apertiſſimū mendacium.
mum mendacium eſſe, quod commenti ſunt, & contrariū
aperte euincere petimus, ut omēs reges & principes, omnis
ſtatus, ſexus, conditio ex hoc reliquorum, & ſequētium ue-
ritatem æſtiment. Itaqꝫ ſi ut Lubecenſes mercatores expel-
lerentur ex Anglia, conatus eſt, per interpoſitas perſonas
eniti Sereniſsimus rex, cur non diplomata proferunt, cur
non literis ſuæ Serenitatis id euincunt, cur iudicium rei nō
producunt? At quid contra illos uoluit, Regiæ maieſtatis Illuſtriſſimus Angliǽ Franciæqꝫ rex Henricus negat a ſe tale qd unq̃ poſtulatum eſſe, quale Lubecēſes in hoc articulo comminiſcunt, idē Conſiliarii regni negant.
Angliæ indignationem concitare? Per quos? Per interpo-
ſitas perſonas. Illuſtriſsimus ergo Anglorum rex id nouit.
Quinimo Cōſiliarii regni id norunt, Verum. Cancellarius
nouit. Et hoc ita. Neqꝫ enim alias concitare poteſt Regiæ
maieſtatis Angliæ aduerſus Lubecenſes indignationem,
niſi primū illi norint a quibus indignatio procedere debet.
Atqui ſi Illuſtriſsimus Angliæ rex negat unquā tale aliquid
a ſe poſtulatum. Quid? Si conſiliarii negant, quid? Si Cancel
larius inficiatur. Quid? Tacetis hic? Et bene tacetis. Diplo-
ma num poteſtis proferre, quo nos demum tale quiddam
attentaſſe poſſitis euincere? Et hoc minime, cur ergo citra
rationem mentimini? Audite uero hoc noſtrum impoſto-
res, Cretenſes omnium ſtatuum expilatores. Et tandem ue-
ſtro malo diſcite uirulentiæ ueſtræ modum imponere.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

# DIPLOMA REVERENDISSIMI IN CHRISTO PATRIS & Domini D. Thomæ Preſbiteri, Cardinalis, Archiepiſcopi Legati de Latere Angliæ primatis & Cancellarii, quo aperte teſtatur Illuſtriſsimum D. Chriſtiernum nihil unquam tale a Rege Angliæ expetiiſſe, quale illum per interpoſitas perſonas conatum eſſe in eodem Angliæ regno, Lubecenſes ſupradicto articulo ſcripſerunt ad rei noticiam.

THOMAS MISERATIONE DIVINA Sanctæ Ceciliæ ſacroſanctæ Rhomanæ Eccleſiæ preſbiter Cardinalis Eboracenſis, Apoſtolicæ ſedis Legatus Angliæ primas & Cancellarius, necnon felicis recordationis Domini Leonis illius nominis dudum Papæ decimi, ac Sanctiſsimi in Chriſto patris & Domini noſtri D. Hadriani diuina prouidentia huius nominis Papæ ſexti, moderni dictæq; ſedis ad Sereniſſimũ & potentiſsimum principem & D. noſtrum Henricum octauum dei gratia Angliæ & Franciæ regem fidei defenſorem, & dñm Hiberniæ uniuerſumq; eius Angliæ regnum, ac omnes & ſingulas ipſius regni prouincias, ciuitates, terras, atq; loca illi ſubiecta, & alia illi adiacentia, etiam de Latere Legatus, uniuerſis & ſingulis has literas noſtras uiſuris, lecturis, uel audituris, ſalutem in Domino & fidem indubiam præſentibus adhibere. CVM NVPER (ut accepimus) Lubecenſis orator coram Illuſtriſsima Domina Margaretha Archiduciſſa Burgundiæ Duciſſa Sabandiæ &c. & Cæſareæ maieſtatis conſilio in Mechlinia inter nonnullos alios articulos contra Sereniſſimum principem Chriſtiernum Daciæ Noruegiæ &c. regem propoſitos hunc inter cæteros articulum obiecerit, uidelicet q; rex ipſe Daciæ, per interpoſitas perſonas, etiam ſuos in Regno Angliæ, ut Lubecenſes & alii mercatores in ſuis libertatibus & priuilegiis turbarentur. Atqui ut indignationem prefati Illuſtriſsimi & potentiſsimi principis & D.

noſtri

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

noſtri Angliæ & Franciæ regis &c. contra ipſos prouocaret
multis uiis inſtetit, fuerimusq; pro parte dicti Sereniſsimi
Daciæ regis inſtanter requiſiti, quatenus ſuper huiuſmodi
articulo, an res ita uel ſecus ſe habuerit per literas noſtras
patentes ueritatem atteſtaremur. NOS IGITVR
THOMAS CARDINALIS & Legatus de Latere
antedictus conſyderantes opus eſſe meritorium & deo gra-
tum ueritati teſtimonium perhibere, quodq; uterq; reus ſit
& qui ueritatem occultat, & qui mendacium dicit, quando
quidem ille prodeſſe non uult, & iſte nocere deſyderat.
AD uniuerſitatis ueſtræ noticiam deducimus & deduci uo
lumus per præſentes. Nos tam toto eo tẽpore quo prefatus
Sereniſſimus rex Daciæ in regno Angliæ moram fecit, q̃ in
quibuſcunq; conferentiis & aperturis per aliquos eius nomi
ne ante hac inter ipſum regem uel alias perſonas eius no-
mine, & dictum Sereniſsimũ Angliæ & Franciæ regem &c.
eiuſue cõſiliarios habitis ſemper præſentes ibidem extitiſſe
ac omnibus tractatibus, conſiliis & conuentionibus, quæ
inter prenominatos Angliæ & Franciæ & Daciæ reges, eo-
rumq; conſiliarios habitæ fuerũt perſonaliter ſemper inter
fuiſſe, adeo ꝙ nulla huiuſmodi inſtantia contra Lubecen-
ſes ipſos aut mercarores alios, eorumue priuilegia ullo pa-
cto fieri potuit, quin ad noſtram noticiam deueniſſet.
QVAM OBREM firmiter aſſerimus & atteſtamur, ni-
hil tale contra dictos Lubecenſes aut alios mercatores ſiue
eorum priuilegia per ipſum Sereniſsimum Daciæ regem
neq; per ſuos aut alias quaſcumq; interpoſitas perſonas
penes prefatum Illuſtriſsimum Dominum noſtrum Ang-
liæ & Franciæ regem ipſiuſue conſiliarios unquam actum
procuratum ſiue petitum fuiſſe uel quouis modo attemp-
tatum. IN QVORVM quidem premiſſorum fidem
& teſtimonium has literas noſtras deſuper teſtimoniales
fieri ſigilliq; noſtri iuſſimus & fecimus appenſione commu
niri. DATVM in Manerio noſtro de Hamptõ Courte
primo die Menſis Septembris, Anno dñi. M.D.XXIII.

Hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Hoc noſtrum eſt, quo uos impudenter mentitos eſſe
Sapientiſsimus uir euincit. Qua nunc fronte audetis in iu,
dicium uenire? Nempe illa quo tot impudentia mendacia
commenti eſtis, qua reges & principes perſtringitis, qua to,
ti orbi imponitis. Sed num ueremini Illuſtriſsimæ princi,
pi Margarithæ & prudentiſſimis conſiliariis tantum nuga
rum proponere? Quo autem uultu putatis Illuſtriſſimum
principem potentiſſimum Angliæ regem hoc ultimum,
cum offeretur legiſſe? Tametſi enim ſciret Illuſtriſsimus &
prudentiſsimus princeps, & reliqua quæ preceſſerant mini,
me, ita ſeſe habere quemadmodum illi emiſerant tamen ad
hanc apertam impudentiam frontem contraxit, & in mã,
datis confeſtim dedit, ut ueritas teſtificaretur. Quid uero pu
tandum eſt aliud illum meditatum fuiſſe, q̃ iam toti orbi

Detrimẽta ingentia quę lubecenſes potẽtiſſimo Anglię regno inferunt.

euulgatam iri illorum perfidiam? Sciebat Illuſtriſsimus
princeps clariſsimæ ditioni ſuæ longe grauiſsima per
Lubecenſes detrimenta infligi, dum decuplato pre,
cio impoſtores illi merces ſuas proſtituunt. Sciebat
quanta malorum lerna oboriretur eo ex conuictu, ſi il,
lum diuturnum eſſe dii immortales ſanxiſſent. Quid face,
ret tamen? Multa illi impediméta ſunt. Francico bello op

Illuſtriſſimus Anglię rex niſi bello opprimeretur facile oſtenſurus eſſet quantũ falſis Lubecẽſiũ articulis tribueret.

primitur. Scoti uim minantur. Niſi enim hæc adueniſſent
ſatis teſtari potuit, quantum ueriſſimis Lubecenſium arti,
culis deferret. Quicquid id eſt, quis unquam uobis fidem ob
ligaturus eſt Lubecenſes, qui uobis fidem adhiberi tam aper
tis confictis mendaciis non permittitis? Quod ſi uno ex lap
ſu ingens, nedum ſuſpitio uerum & certitudo eſt in reliquis
omnibus eadem ratione peccari, quis eſt, qui unquam credi
turus eſt uera eſſe, quæ in Sereniſsimum regem impingitis?
Nonne putabatis tandem ad Illuſtriſsimum Angliæ regem
huius negocii ſeriem peruenturam? Qui ſi demum aduer,
ſus uos teſtificaretur magnam uobis fidem in reliquis eſ,
ſet adempturus? Sed putaſſe idipſum euincit, ꝙ prius ad il,
lius Serenitatem articulos emiſeratis, q̃ in iudicium uenire
uos unquam Danus rex exiſtimaret. Itaqꝫ ſi data opera
mentiti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

mentiti eſtis, certum eſt, & in aliis id uos ſæpenumero face-
re, ꝙ qui ſemel pudorem abiecit, in omne uitiorum genus
promiſcue ſoleat irruere. Sin uero ita exiſtimauiſtis, & con
iecturis addentibus opinioni, & ueſtris ſceleribus conſcien-
tiam ſtimulantibus (Probe nouiſtis enim q̃ bene meriti
eſtis ab omnibus eadem perpeti, quæ uobis Ruſſi ab aliquot
annis inflixere) certe aperte fidem facitis, quædam uos ex
coniecturis & uana opinione, interdum pro ueris aſſerere.
Quod tamen qua fronte audetis in iudicium ſerium addu
cere? An ne ſatis eſſe debuit, ꝙ Sereniſſimum Daniæ regem
tot regnis ſpoliaſtis, idq; per ludicrum, dum pacis pretextu
ſubditorum animos in illius Serenitaté ex acerbaretis, niſi
& nunc quoq; per ludicrum pro ueris articulis falſiſſimorũ
aſſumptione, famam illi & nomé omne detrahatis? Porro
quod idem attentauerit apud Ruthenos amplamq; No-
gardiam, quomodo poteſtis oſtendere? Niſi forte quemad-
modum omnia oſtenditis, & Anglicum conatum euiciſtis
uerum eſſe. Quod ſi quas literas regias intercepiſtis, quibus
uos expelli a Ruthenorum imperatore poſtulauit, exponi-
te, depromite, in iudiciũ uenite. Non reformidamus. Aut ſi
q̃ interpoſitæ perſonæ (ut uos loquimini) a regia Serenitate
mádatum acceperint, idipſum cum eo Cæſare tranſigendi,
ueſtro fauore prodeant, & aperte teſtẽtur tale quid in man-
datis a Sereniſsimo rege ſeſe nactos eſſe. Quod ſi neq; id po
teſtis, at ſaltem literas illius Cæſaris, aut Conſiliariorũ oſté-
dite, quibus teſtificent Sereniſſimum D. Chriſtiernum tale
quid a ſe extorquere conatum. Sin neq; regias literas habe-
tis, quibus id poſtulat, neq; interpoſitæ perſonæ ad manũ
ſunt, neq; deniq; Ruthenorum literis probare poteſtis tale
quid unquã a Sereniſsimo rege attemptatum eſſe, tandem
deſiſtite peſtifero linguæ ueneno, tam impudenter debac-
chari. Hic non dicimus q̃ bene deniq; egiſſet, ſi idipſum co-
natus eſſet aliquando. Ita enim auaritia ueſtra uos apud
omnes inuiſos reddit, ut ueſtræ ſeruituti nullus non cupi-
at finem tandem imponere. Teſtes ſunt, quos modo com-

Si data opera mentiũt Lubecenſes iudicium eſt frequẽter idipſũ illos facere, ſin vero ex inconſyderatione et coniecturis, iudicium eſt nõ omnia ueritati illorũ dicta inniti.

Non poſſe illos probare ꝙ tale quid conatus ſit Illuſtriſſimus rex apud Ruthenos amplãq; Nogardiam quale ipſi cõminiſcuntur.

Inuitãtur Lubecenſes in iudicium ſed uenire formidãt

Si idipſum conatus eſſet Sereniſſim9 rex bonũ opus fuiſſe facturũ ꝙ lubecẽſes meriti ſint ab omnibus expelli.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

memoraſtis Rutheni, apud quos dum nullum auaritiæ modum imponitis, pro meritis turpiter ceſi & ſpoliati eſtis. Sed iſta nihil ad Sereniſſimum regem, cuius eam tempore cladem non accepiſtis. Cæterũ quod ad Foccharos ſpectat, illi ſuã defenſionẽ agant. Tantũ id Sereniſsimus rex, hoc in negocio cognouit, quæ Focharis competere putatis ea omnium optime in uos torqueri poſſe, quando & uos

Lubecenſes omĩa regna depauperant ut ſoli ditenẽ q̃d ipſi Focharis obiiciunt cum hi non ſoli ſint ſed id ſit cum Lubecenſibꝰ comune.

omnia regna depauperatis, ut ſoli ditemini. Neq; depauperatis modo, ſed etiam exſcinditis. Cæterum ſi tale quid Fochari anniſi ſunt, uos uideritis, quandoquidem nihil hoc ad Sereniſſimum regem, cuius Serenitas ad nihil magis ſemper contendit, q̃ ut uos amicos haberet, non foccharos introduceret, ſed id ueſtra perfidia fieri non permiſit. Quæ cum talia ſint, oſtenderimusq; Reuerendiſsimi Cardinalis diplomate mendacium eſſe, quod de Lubecenſibus ex regno Angliæ abigendis commenti ſunt, neq; minus ridiculũ quod de Ruſſis amplaq; Nogardia, qui fieri poteſt, ut uerũ ſit, quod poſtremo a Lubecenſibus ſubiicitur, conatum ſcilicet regem, Lubecenſes aut in nihilum, aut ſuam poteſtatem redigere, omniq; commercio in omnibus mundi partibus exuere? Nam prius quidem ſatis conſtat impudens mendacium eſſe. Alterum autem, qui fieri poteſt, ut attentauerit, quum nunquam non primi Lubecenſes ad arma concurrerint? Pacem deſyderauit, & data non eſt, Iudicio ſtare uoluit, & in hoc minus conſenſum, Ad Cæſarem ad principes ꝓuocauit, & interea tot regna illi adempta ſunt. Deniq; in ſumma ibidem effecere in regem Lubecenſes, quod illius Serenitatem aduerſum ſe attentaſſe commenti ſunt. Sed id eo minore ratione, quo nihil aduerſus illos Sereniſsimus rex commertus eſt. Illi autem nunquã deſtiterint illius Serenitatem indigniſsimis quibuſq; modis impetere.

Rex cum iudicio ſtare uellet tot regnis exutus eſt.

## LVBECENSES.

Cum deniq; neq; ullus modus grauaminum aut ex-

actionum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

actionum & ſimilium machinationum eſſet, recurritur ad Imperatoriam maieſtatem, hortatur Cæſar, miſertus calamitatis ſuorum ſuam regiam dignitatem deſiſtat a ſimilibus, & ab exactionibus ſinat nauigare, & negociari, quoquouerſum Lubecenſes, uti & gaudere libere ſuis priuilegiis, Reſtituat ablata &c. Sed ſurdo, ut aiunt, fabulam, cum neq; preces, neq; imperatoriæ admonitiones ullum apud ſuam Serenitatem locum meriti ſunt. Sed non ſemel repetitum ſuam dignitaté regiam Cæſari ſuperioritatem non fateri.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ Regis ad ſupradictum Lubecenſiũ Articulum Reſponſio.

AT quis modus exactionum aut grauaminum eſſe poſſet, cum Lubecenſes regem iuri ſtare uolentem noluerunt in iudicium admittere? Nempe cum ſæpenumero Sereniſsimus rex obtuliſſet omnia ſeſe remiſſurum, modo iudicio ſecum contenderent, Noluerunt illi idem parere, qui nunc non remiſſas eſſe exactiones grauiſſime conqueruntur. Iuri ſtetiſſent, a Suetico commercio abſtinuiſſent, & facile omnia illis integra premiſſa fuiſſent. Deinde quum demum Menſe Septembri, Suetiæ regnũ ſubigerentur, ſitq; is uetus in Dania mos Auguſto Menſe tributum perſoluendi ante kalendas Maias Lubecenſes ſequentis anni Suetiæ regnum in nouam rebellionem incitauere, quemadmodum facturos ſeſe publica uoce Lubecæ promiſerant, ubi ſubditi Suetiæ regni in regis poteſtatem, nuncium accepere. Tunc enim ſcelerata illa uox audita eſt, Sueticum regnum ne annum quidem integrum in regis fide permanſurum eſſe. Cum uero illi non dubitarint, quid cogitarint aperire, poterit aliquis adhuc, ſi fecerint dubitare? Cumq; tempus, quod illi prefixerant tale eſſet, quis dubitare poſſit, iam tum certiſſimæ illius rei indicia, penes illos fuiſſe? Sed neq; idipſum illi negaturi ſunt. Proinde cum

Lubecẽſes regem iuri ſtare uolentẽ in iudicium noluerunt admittere.

Quomõ factum ſit q̃ diminutũ uectigal non ſit impoſito fere belli Suetici fine.

Lubecenſes publica voce ſe receperant Suetiæ regnũ in rebellionẽ adducturos ante annũ q̃ expugnatum fuerat.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Totius regni cōſiliarii conſenſerāt in uectigal pro parte adaugendū cogente neceſſitate quę regi interceſſerat.

tam ſubito in rebellionem Suetia redierit, idq; Lubecenſiū conamine, fieri non potuit, ut non uectigalium auctio, nōdum finito tempore, cōtinuaretur, cum ut diximus, in eam rem Regni totius conſiliarii conſenſerint, admiſerintq; omnes promiſcue ſtatus & conditiones hominum.

Sacratiſſimus Cęſar karolus Quint9 poſt q̃ Illuſtriſſ. regi mādatū dediſſet quo iubebantur Lubecenſes a Suetis abſtinere cōmiſſariū dedit audiendæ controuerſię.

Mandatū qd Lubecenſes ſe aiunt a Cęſare impetraſſe nihil facere aduerſus Sereniſſimū regē cū uoluerit Lubecenſes iuri ſtare.

Quantum autem ad Cæſarem ſpectat, a quo ita id impetraſſe ſeſe aiunt, reſpondet Illuſtriſsimus Chriſtiernus tale Cæſaris mandatum fuiſſe, ut citra priuilegiorum & concordatorum & pactorum prius initorum cum Lubecenſibus preiudicium, fieret. Alioqui neq; unquam idipſum conceſſiſſet, cum paulo prius ſolennibus literis, omne Suetorum commerciū Lubecenſibus interdixiſſet Illuſtriſſimus Cæſar Karolus, quod nequaq̃ feciſſet, niſi & Sereniſſimo regi ſuum ius inuiolatum manere uoluiſſet & Lubecenſibus, ut pactis fœderibus ſtarent, aperte iuſſiſſet. Quando neq; poteſt mitiſſimum illius ingenium aliquid, quod iuſticiæ repugnare poſſit conſtituere. Neq; firmiſſima illius conſtātia, quod paulo ante decreuiſſet, tam ſubito citra rationem diſſoluere. Alioqui ſi uoluiſſet Lubecenſes impune & libere ut ipſi loquuntur, quoquo uellent nauigare, quare ſtatim prius Sacratiſſimus Cæſar ſolennes literas Illuſtriſsimo regi tradiderat, quibus ab omni cū Suetis cōmercio abſtinere iubebantur? Sub Menſem Auguſtum poſteriores iſtæ Sereniſſimo regi, dum apud Sacratiſſimum Cæſarem uerſaretur, traditæ ſunt, & ſub Decembrem iſtæ ultimæ, quibus nunc Lubecenſes ſibi permiſſum eſſe, quoquo uellent nauigare, iactitant ab illis impetratæ ſunt, Quo tempore intermedio quod nam potuit tam ingens meritum Lubecenſium eſſe, erga Sacratiſsimum Cæſarem Karolum, ut protinus ad primam petitionem hoſtium, quas prius literas ſua manu decorauerat, ſigillo munierat, conſenſu maximo firmarat, nunc protinus irritas eſſe uellet? Sed cogitauit prudentiſsimus princeps, neq; ſui muneris eſſe, q̃ ſeſe ſuæ Cæſareæ maieſtatis ſubditos ſcripſerant permittere, ut iniuria afficerentur, neq; ſuæ iuſtitiæ, ſinere ut pactorū prius initorū infracta

fides

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

fides permaneret. Itaq; mediam uiam elegit, ut & Sereniſſimo regi decerneret mandatum, quo Lubecenſes ex fœderibus prius innitis, adhuc a Suetorum commercio temperare iubebantur, & Lubecenſibus paulo poſt alterū, (ut ipſi quidem omnia ſolent in ſuas partes uendicare) diuerſum, ut uero res habet protinus idem concederet. Neq; enim aliud eſt iubere, ut a Suetorum commercio Lubecenſes abſtinerent, q̄ ut pactis ſtarent, quæ pridem cum Illuſtriſsimo rege ferierant, neq; aliud eſt permittere, ut quoquo uellent, nauigarent libere, q̄ ſemper obſeruatis his, in quæ pridem conuenerant, plane mandare. Quandoquidem indecorum eſſet citra ullum aut Lubecenſium meritum, aut Illuſtriſsimi regis delictū, ut protinus & literas ſuas, & fœdera, aſtipulationes, iuramenta deniq; ſolennia quibus omnibus ſeſe Lubecenſes deuinxerant, ut a Suetorum commertiis temperarent, Illuſtriſsimus Inuictiſsimusq; & prudentiſsimus Cæſar mandaret infringi. Idq; tametſi Lubecenſes non uerentur aſſerere, nunquam tamen Illuſtriſsimus Chriſtiernus in animum inducturus eſt, qui probe cognouit Sacratiſsimum Cæſarem, quod ſemel determinauit, nullo negocio unquam tam facile reuocaturum. Vt inde non immerito conſtare poſſit, & ablata per uectigalia eadem ratione reſtitui iuſſiſſe, nihil interea priſcis aut patriæ conditionibus uolens detrahere. Sed ſi is patriæ mos eſſet, aut nulla conditio eſſet, quæ in fœderibus prius initis concluſa aſſumptaq; eſſet, tum demum dignaretur Illuſtriſsimus Daniæ rex idipſum efficere. Alioqui quis unquam perſuaſurus eſt ſibi Sacratiſsimum Cæſarem uoluiſſe omnium principum indignationem in Sereniſsimum regem concitare? Neq; enim latebat illius ſacrā Cæſaream maieſtatē, quantorū malorū cauſa eſſet, futura ſi Sereniſsimus Daniæ rex, primus, per iuſtiſsime impoſita uectigalia exactionē factā Lubecenſibus extraneis remitteret, neq; remittere ſolum, ſed ablata reſtitueret, quando nullus unquam principum, quod belli neceſſarii tempore, neceſſitate cogente, exactum

Media uia 'quam Sacratiſſimus Cęſar karolus V. elegit in Lubecenſium mandato.

Illuſtriſsimū Cęſarem Karolū non credit rex citra ullū ſuū delictū uelle reſcindere quod ſemel determinarat quia eo facto omniū principū animos in regem Cęſar permouiſſet.

Argumēta q̄bus manifeſtum fieri poteſt.

 eſſet,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Cęſarem Karolũ nihil unquam tale uoluiſſe quale ipſi conantur impudenter euincere.

eſſet, ſolitus ſit, extraneis rependere. Immo nec ipſe Sacratiſſimus Cæſar, qui profecto neq; iuſticiæ ſuæ crederet eſſe, quod in ſua neceſſitate non facit, id alii, patriæ legibus adhuc uetantibus preſcribere, neq; modeſtiæ ſuæ, quas leges ſemper obſeruaſſet eas alteri, ut infringeret mandare, neq; demum cuius illi per literas poteſtatem fecerat negocii, id citra rationem, prudentiæ ſuæ exiſtimaret infringere. In ſumma ſi ablata, hoc eſt, per uectigalia aſſumpta iuſtiſſime, deſyderaret Sacratiſſimus Cæſar Lubecenſibus reſtitui, nõne protinus leges Danicæ perirent, q̃ cum inquilinis (quod ſupra ingeminauimus) omionomos hoſpites eſſe uolunt? Nonne regni conſiliariis omnem prudentiam detraheret, qui cõmuni cõſenſu ſanxere, ut auctio per totam regni Danorum ditionem locum haberet? Nonne & ſordidiſſimis mercatoribus anſam daret & gladium, quo illi auderent a ſua Cæſarea maieſtate ſubinde aucta, neceſſitate cogente, ſubinde remiſſa uectigalia ad rationem & computum pertrahere? & ſibi reddi eam ſummam, quam exceſſiſſent petere, cum Sacram illius Cæſaream maieſtatem conuincere poſſent sereniſſimo Danorũ regi, ut ꝑ uectigalia neceſſitate cogẽte aſſumpta, reſtituerẽt, aperte cõmẽdaſſet. Nõne & ſibi & omnibus regibus principibuſq; male conſuleret, in quos popularium indignationem uellet prouocare? Quis uero crediturus eſt tam illius Sacram Cæ. Ma. a conſiliis auerſam fuiſſe, ut id ipſum preciperet, cuius precepti uis in ſuum tandem caput eſſet redundatura? Quo fit, ut impudens mendacium ſit, Sereniſſimum regem Cæſareæ maieſtati non obtemperaſſe, quum aperte oſtenſum ſit in precedentibus, nihil illum aliud conatum eſſe, q̃ ut per ſe confirmatis conditionibus Lubecenſes ſtarent, neq; aliud efficere uoluiſſe, quod in principum reliquorum preiudicium poſſet irrumpere. Quod & Cæſar etiam uoluit, & ex communi omniũ principum utilitate fuit. Quorum omniũ maxime interfuit id effici, ne malo exemplo ſubinde plebecula ad repetenda ea induceretur, q̃ iuſtiſſime & legibus & populi conſenſu,

Impudens Lubecenſiũ mendacium.

ſenſu , & conſilio exacta ſunt. Cur porro ſuperioritatis hic mentionem iniiciunt ? Aut quid hoc ad cauſam ſpectat , quod Sacratiſſimũ Cæſarem Dani reges hactenus, ſuperiorem non habuere? Neq; enim minus Rhomano Imperio fidi Dani fuere,quorum ingenium tale hactenus fuit, ut liberi amici eſſent,ſi cogerentur protinus in amicitia cõtineri non poſſent.Sic Rhomani Cæſares olim Voldemarum,Kanutum,Erycum,recentiores uero Chriſtophorum, Chriſtiernumq; huius D. Chriſtierni auum , longe fidiſſimos habuere, quorum illis uirtus maximo uſui fuit & compendio. Neq; uero debet Illuſtriſſimus Chriſtiernus ab auita patriæ,& regni libertate citra rationé tam facile deceſſiſſe, cum neq; id Cæſar expecierit,qui optime compertũ habuit aliquando plus poſſe amicam libertatem,q̃ ſuperbam & inuitam ſeruitutem. Itaq; non parum plus amicitiæ,reges Dani Rhomano Imperio addidere, cum Sacratiſſimo Cæſari,ut iuſtiſſime iudicanti obtemperarunt,q̃ Lubecenſes qui ſeſe ea ſeruitute uenditant cum Karolum Quartum , federicum,Maximilianum,& hunc deniq; mitiſſimum & prudentiſſimum Karolum Quintum Cæſarem toties cõtempſerint, ut oſtenſis ſupradictorum Cæſarum ſolennibus diplomatis,quæ Lubecenſes obſeruare dedignati ſunt,paratus eſt Sereniſſimus rex euincere . Eant nunc & amicitiam ſuá paſſim proſtituant.Eſt uero quandoq; longe ſpecioſius externum , amicum habere , q̃ intraneum & ſuperbum hoſtem. Iſq; in amicitia longe precellit,qui cum facto opus eſt, adeſt q̃ qui uana iactatione turgidus , reipſa cum poſtulat uanus inuenitur. Quid igitur? Non faſſus eſt Cæſari ſuperioritatem Sereniſſimus rex? Faſſus ſed & amicitiam. Vos aũt Lubecenſes,quum regi Franco confœderati ſitis,tum demũ perpẽdite,q̃ ueſtra ſit amicitia,q̃ ueſtra ſit q̃ Cæſari fatemini ſuperioritatem . At regnum Daniæ Cæſari ſuperioritaté non tribuit. Quid hoc ad Cæſarem ? Quid hoc ad uos ? Et fatetur tamé Holſatiæ Ducatus Cæſari ſuperioritatem,unde & illam faſſus eſt Illuſtriſſimus D. Chriſtiernus,tantum

abeſt

De ſuperioritate Cæſaris ad reges Danorum.

Lubecẽſes eſſe qui neq; Cæſari ſuperioritatem fatẽtur neq; amicitiã iudicium eſſe huius rei confœderationẽ cum Francorum rege.

Longe ſpecioſius amicũ extraneũ habere q̃ internũ hoſtem & minus fauentem.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Ducatus Holſatię Cęſari ſuperioritatẽ fatetur ſed regnũ Denię hactenus non fatetur Imperio ſuperioritatẽ ſed amicitiã.

abeſt, ut dignum ſit, quod hic ingeminant Lubecenſes, cuius ſemel mentio fiat Sereniſſimum regem Cæſari ſuperioritatem non fateri. Porro niſi illum amicum uoluiſſet Maximilianus, niſi & Carolus deniq;, cur ille nepotem is fratrem Chriſtiernum eſſe uoluiſſet? Indigna hæc ſunt, eoq; magis indigna ꝙ ab illis ipſis obiiciuntur, qui toties omnes Cæſares contempſere, qui nobiliſſimorum maximorumq; principum mandata, ne flocci quidem facere dignati ſunt, Quæ res ut a nullo homine unquam ferenda eſt, ita omniũ minime ab his principibus, qui probe cognouerunt quantum ſemper Cæſareæ maieſtati Sereniſſimus rex attribuerit.

## LVBECENSES.

IMperatoria maieſtas pro audienda hinc inde cauſa dedit commiſarium Reuerendum patrem Dominum Henricum Epiſcopum Ratzeburgenſem, coram quo & per Lubecenſes cauſa eorum dicta eſt. Rex ipſe, ut Lubecenſes longius in ſuſpenſo teneret, mittit ſacerdotem, qui nihil preter quandam doloſam & aſtutam iuris exhibitionem faceret, ita ut tempus, quod tum Lubecenſibus ad rem petendas longe erat accommodum preterflueret, nec ceſſauit interim rex, ui & iniuria cum medio tractatu coram dicto commiſſario duas Lubecenſium naues, unam ex Noruegia redeuntem aliam uerſus Amſterladamam uelificantem, ui capi & cum quinq; aliis nauibus Schuttẽ uocatis, ſale onuſtis, iuxta uelle abduci fecit. Si hoc licuit ſuæ regiæ dignitati, aut ſi Imperatoriam commiſſionem reuerenter habuerit, ueſtro iudicio relinquitur & omnium recte ſencientium.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c, Regis ad ſupradictum Lubecenſium articulum Reſponſio.

HIc demum articulus oſtenſurus eſt ꝙ uere, ꝙq; citra omnem

omnem fucum Lubecenſes Sereniſſimo regi mãdatorum, Cæſareæ maieſtatis contemptum obiiciunt, quando hoc diſſimulare non poſſunt, nimia ſeſe bellandi cupidine diſtentos fuiſſe. Itaq; ut ad cauſam ueniamus, Imperatoria maieſtas pro audienda, hinc inde cauſa dedit commiſſariũ Reuerendiſsimũ preſulem Ratzeburgẽſem. Cur autem cõmiſſarium dediſſet, ut cauſam utriuſq; partis diſcuteret, ſi uoluiſſet citra omnem exceptionem, ut rex omnia Lubecẽſibus permitteret? Quid enim commiſſario opus fuit, ſi cauſa Lubecenſium iam prius iudicata erat? Si regi abſolute iuſſum, ut Lubecenſes ſineret quoquo uellent nauigare, ut ſineret uti & gaudere ſuis priuilegiis, ut ablata reſtitueret? Neq; enim ſi abſolute ita fieri uoluiſſet Cæſar, atq; illi interpretantur, opus erat commiſſarium ad cauſam utriuſq; partis cognoſcendam tranſmittere. Itaq; aperte declarauit Cæſar de cauſa inquerendum eſſe. Quid uero eſſet inquirẽdum? An grauaminum & exactionum modus eſſet? At cõſtat nondum fuiſſe. An ſineret libere negociari Lubecenſes quoquo uellent? At patet noluiſſe regem, ut in Suetiam nauigarent, & iſthic negociarentur. An ſineret uti & gaudere Lubecenſes eorum priuilegiis? At apertum eſt ea commiſſa eſſe, quæ ipſi putant contra priuilegia ſua commiſſa eſſe. Vidit ergo prudentiſsimus Cæſar in confeſſione rei commiſſæ & facti, iuris defenſionem adhuc ſuſcipi poſſe. Quod niſi uidiſſet poſſe regem iure facere, quod ipſe Sereniſsimus rex fatebatur a ſe factum eſſe, neq; queri unquam iuſſiſſet, neq; commiſſarium Reuerendum preſulem Ratzeburgenſem ordinaſſet, ut utriuſq; partis cauſam diſcuteret. Mihi uero non modo nihil grauius contra regem ſtatuiſſe uidetur Illuſtriſsimus Cæſar, ſed etiam hoc mandato omnibus principibus preſcripſiſſe, quid illos de Sereniſsimi regis cauſa iudicare conueniat. Nam qui rei diſquirẽdæ cauſæq; diſponendæ commiſſarium dedit, is ius facti inquirendum non factum antiquandum putauit. Miſſus eſt igitur Reuerendus preſul Ratzeburgenſis, ut utriuſq; partis cauſam diſ-

Sacratiſſimus cęſar ex eo q̊d cõmiſſariũ dedit iuri audiendo facile declarauit ꝙ deduci iudicio rẽ non aũt ſtatim antiquari uolebat.

De cauſa ĩquirendũ eſſe Cęſar mandauit cum cõmiſſarium dediſſet.

In facto, iuris defenſionẽ ſuſcipi poſſe.

Reuerendꝰ Epiſcopꝰ Ratzeburgẽſis miſſus, ut cauſam cognoſceret q̄ Lubecenſibꝰ cũ rege interceſſerat.

cuteret,hoc eſt,an iure an iniuria Lubecenſibus ſuum uecti,
gal auctum eſſet,an iure an iniuria Lubecenſes tam frequen
ter Danorum regibus bellum inferrent, An merita ratione
in Suetiam poſſent nauigare Lubecenſes, hoc eſt, an ne id
facerent fortioribus uinculis,nempe conuentionibus & ſo,
lennibus pactis & ſigillis prohiberétur. An digni erant,qui,
bus liceret ſuis priuilegiis uti. Iſta erát quæ commiſſario in
mandatis data ſunt. Dixere ergo Lubecenſes cauſam ſuam
ſed rex ut magis eos inſuſpenſo teneret mittit ſacerdotem
quendam. Queſo hic uos Lubecenſes, Clariſsimum iuris
utriuſq; doctorem indignum putatis, qui ad uos mittatur.
Regium conſiliarium inferiorem eſſe creditis, q̃ qui debeat
ad tabernas ueſtras tranſmitti? Metropolitanæ Eccleſiæ
prepoſitum uiliorem arbitramini, q̃ qui contra uos merea,
tur Illuſtriſsimi regis partes agere? Quem igitur ad uos ora
torem mitteret,ſi I. V. Doctorem eundemq; regium conſi,
liarium,& Metropolitanæ eccleſiæ Lundenſis propoſitum
recuſatis? Sed obliuiſcimur impoſtorem aliquem ad uos
tranſmittendum fuiſſe,ut ſimilibus labris lactucæ obtinge
rent. Cum tali enim hominum genere longe mauultis uo,
bis negocium eſſe, q̃ cum doctis & bonis uiris, quando ita
receptum eſt,ut pares cum paribus facile congregentur.

Lubecẽſiũ impudentia qui iuris vtriuſq; Doctorẽ & p̃poſitũ primũ Metropolitanę Eccleſię & regium conſiliarium uocãt ſacerdotem.

Iſtum ergo uos ſacerdotem uocatis, & hoc addentes contu,
meliæ, q ne nomen quidem exprimitis, aut dignitatis
gradum,qui in regiis oratoribus diſquiritur, cupitiſq; ea ex
re Sereniſsimo regi inuidiam conflare, q ad pacem mini,
me uideatur inclinatus, qui in eam tam abiectum, ut uos
creditis oratorem tráſmiſerit. Sed dicite per deum immor,
talem,ſi ad uos ſolennem legationem tranſmiſſet ,fueratis
ne pacis conditionibus a Ratzeburgenſi proponendis ſta,
turi? Quod ſi talem contemnitis,quid eſt, q opus fuit, & in
hac re maiorem tranſmittere? At contempſiſſe uos, quod
maius ſignum eſſe poteſt,q̃ quod nõ diu ab ea cauſæ dictio,
ne duos Epiſcopos totidem equites auratos, totidem Do,
ctores cum mandato maxime ſufficienti premiſit, quos in
Holſatiæ

Lubecẽſes nõ mirũ eſt utriuſq; iuris doctorem contẽpſiſſe qui duos Epiſcopos duos equites duoſq; doctores ad ſe a rege miſſos contempſere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Holſatiæ cœnobio Reynfeldt, cum iam illic diem uos indixiſſetis aduenientes alloquio, ne ſemel quidem dignati eſtis. Cum tamen & ueſtro & utriuſq; partis conſenſu receptum eſſet, iſthic negocia tractata iri. Quid ergo demētiam ueſtram ipſimet inculcatis? Exſpectauerunt illi uos ad dies quattuordecim, neq; ueniſtis tamen. Quid ergo uobiſcum tractari poſſit? Deinde poſtq̄ in oppidum Flensborgum receperatis Illuſtriſsimis principibus D. Ioachimo brandeburgenſi Electori &c. & Alberto Megapolenſi Duci, & Henrico, Cæſareæ maieſtatis cōmiſſario eidemq; preſuli Ratzeburgenſi uenturos oratores ueſtros, qui cum ſupradictis principibus ex Cæſareo mandato, de cauſa regia conuenirent, cum non ueriti eſtis tantos principes, iſthic aduentum ueſtrum preſtolantes fruſtrari, cui mirum erit, ſi ſacerdotē, ut uos loquimini, contemnitis? Quod ſi tertio cum obſtinationem ueſtram uiderent Illuſtriſsimi principes, & perfidiam admirarentur, propius acceſſerint uenerintq;, quis dieculæ itinere in Ryndesburgum, quod ſupra undecim paſſuum milia ab urbe ueſtra non diſtat, atq; iſthic Sereniſsimus rex adfuerit miſeritq; commeatum, & ſaluum conductum ſufficientiſsimum, ne qua uobis tumultuandi cauſa eſſet, non tamen unquam accedere dignati eſtis, cui fidem facere poteſtis, Cæſareo uos mādato obtemperaſſe? Ipſi fatemini datum arbitrum eſſe cauſæ Reuerendum preſulem Ratzeburgenſem, & tamen ut cauſam audiret, ut negocium iudicaret, non aduenistis. Quæ eſt ergo ueſtra iſta obediētia? Sed rex erat, timebamus ne quid grauius in nos ſtatueret. Et bene habet. Timet enim ſemper conſcia perfidiæ conſciētia, & ſibi ipſa graue uulnus infligit. Sed nonne per commeatum ſecuri reddebamini? Quod ſi cōmeatum ſuum infregiſſet Sereniſsimus rex, nonne hic aperta fuiſſet uobis occaſio oblata bellādi? An ne uero preſtabat totius ciuitatis perfidiam paucorū iniuria redemiſſe, q̄ perfidiam perfidiæ accumulare, Si em̄ quod uos falſo exiſtimatis oratores ueſtros comprehendiſſet Illuſtriſsimus rex, tunc omnium litera-

Alia conuentio a Lubecēſibus indicta ad quā illi non venerūt cum tamē polliciti eſſet iſthic adeſſe.

Tertia conuētio ad quā Lubecenſes venire recuſauerūt

Fatentur datū arbitrū cauſæ epiſcopū Ratzeburgēſem & tamē ut cauſam ab eo iudicari uellent nunquā adfuere.

Inſignis Lubecenſium obedientia.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

rum a uobis preſtitarum ius regi antiquatum fuiſſet, Tunc omnes conuentiones omnia fœdera, quibus obligabamini diſſoluta. Tunc demum pulchra fuiſſet Sereniſsimum regem exigendi occaſio, fuiſſetiſq; ingens cauſæ ueſtræ argumentum mutuati, tanquã iuſte ſemper cum eo rege egiſſetis, qui preter ius gentium commeatum infregiſſet. Sed alia uos deterrebant. Sciebatis enim indignum eſſe coram eo cauſam ueſtram agere, qui oſtenſurus eſſet, citra longiorem moram, q̃ iniuſte cum clariſsimo parente ſuo, & ſecum egiſſetis, quam citra omnem fidem datam Suetis frequenter ſubſidium intuleratis, quam frequenter pyraticam exercueratis. Niſi forte adhuc aliud fuit, quod animũ ſtimulabat. Neq; enim dubium eſſe poſſit, quin hi, qui Cæſarem cõtempſere, qui tot principes fruſtrati ſunt, qui pacis conditiones, quas ipſimet preſcripſerant, abominati ſunt, magnum aliquod monſtrum aluerint, quod tandem erupit. Et ſane uerum eſt, quando iam infamem illam proditionem peperere, qua Illuſtriſsimum principem fœdericum Holſatiæ &c. Ducem Sereniſſimi regis, chariſſimum & optimum patruum, quem loco patris ſemper coluit, & adhuc tot indignis modis non ab eo, cuius integritatem maiorem nouit, ſed ex iſtorum Lubecenſium, ſceleratiſſima perfidia affectus colit & ueneratur, aduerſus ſuam regiam dignitatem inſtigarũt. Qua populi primores, Epiſcopos, Equites, nobileſq; uiros, ſed proh dolor ignaros quorſum a callidiſſimis mercatoribus impellerentur, regio ſacramento exuerunt. Qua ipſam plebem quæ ſemper cum rectoribus principibuſq; mutatur ſeduxerint, ut alium ſibi regem alios gubernatores aſciſceret, Qua amicos & familiares priuatiſſimos in regis caput emercarentur, qua Illuſtriſſimam Sereniſſimi regis coniugem Elyſabet eandemq; Sacratiſſimi Cæſaris Caroli Illuſtriſſimiq; principis Ferdinandi ſororem Chriſtierno Holſatiæ Ducis filio, conſanguinei regis capitali hoſti deſponſarent. Qua Francorum regem trium opulentiſſimorum regnorum poſſeſſione donarent (Nam & hic tra-

Que erant q̃ Lubecẽſes deterrebant quo minus auderent in iudiciũ venire.

Magnũ monſtrũ aluere lubecẽſes quod tãdem erupit hinc factũ eſt ut nõ auderẽt iudicio ſtare. Tũc em̃ infamem illam ꝓditionem qua plebem & patruũ a rege auerterũt, meditati fuere, q̊d ſi adueniſſent nõ potuiſſent perinde id abſoluere.

Lubecenſes iã tum cũ Francorũ rege confœderati fuere & illorum cauſa factum eſt ꝙ Francorum rex alpes non tranſcenderit.

ctata

ſtata ſunt ueriſſimo interuentu). Qua Cæſaris Sacratiſsimi ditionem abiicerent, ſeq; Franco regi ſubderent. Quod oratores illorum anno .1523. cum Francorum rege eo tempore egerunt, quo ille expeditionem parabat in Inſubriam. Tunc em̃ cũ probe cognoſcerent optime cõuenire Illuſtriſſimo Angliæ regi cum Sereniſsimo D. Chriſtierno, dubitarentq; ne qua uis ſibi intentaretur, ſtatuere & illi quoq; auxilia mutuari, fuereq; in cauſa, ut Francorum rex (quod multi putant) alpes non tranſcenderet, ſed pararet ſuppetias, quas Lubecenſibus confœderatiſq;, ſi qua neceſſitas illis ab Illuſtriſſimo Chriſtierno rege imminuiſſet, tranſmitteret. Iſta ſunt quæ quominus ad tot conuentiones indictas conuenerint, in cauſa fuere.

Rex Francorũ inde pmanere coactus ē (vt multi putant) ne alpes tranſcenderet quod audiret Illuſtriſſimũ regem Chriſtiernũ bellũ in Lubecẽſes meditari quibus auxilia voluiſſet ſubmittere ſi qua illis uis ingruiſſet.

Quádo etiam Sereniſsimus rex abiens conſiliarios ſuos manere iuſſit, coram quibus conuentio abſolueretur, quam ſe preſente non admittebant. Sed fruſtra & hoc fuit intentatum. Siquidem ſi aduenisſent, cum tam ſpecioſa offerentur, non dubium erat, quin citra omnem moram coacti fuiſſent pacis conditiones amplexari, preſertim cum reniti non potuiſſent, niſi prorſus nullam pacis ſibi curá eſſe teſtari uoluiſſent. Quas ſi accepiſſent, iam protinus tacita illa conſpiratio Sereniſſimũ D. Chriſtiernum abigendi, dimota fuiſſet. Cuius rei & hoc apertiſsimum indicium eſt, ꝙ cum demum per principes Lubecam aduenientes cogerentur pacis conditiones, Chriſtierno regi preſcribere.

Principes demũ Lubecam aduenĩetes nihil effecere q̃d ad pacem pertineret, nã Lubecenſes cum preſcripſiſſent conditiones regi bellũ tamẽ intulere.

Dum hæ a predictis Brandeburgenſi Marchio, Magnopolenſiq; ducibus ad Sereniſſimum regem delatæ ab eodem acciperentur armatam claſſem in Burondiam tranſmiſere, Scaniam (quæ apud ueteres Scandinania eſt) ſex horis defendente Lundenſi preſule oppugnarint. Sialandiæ uim interminati ſint, uolentes ſcilicet hoc maleficio Sereniſſimum regem aduerſus ſe prouocare, quem ſciebant ſuis imparem uiribus futurum concluſa iam procerum, principumq;, Epiſcoporum, & populi, aduerſus eundem cõſpiratione. Hunc ergo ſacerdotem uocant, ſacro ordini illata graui contumelia, Tum illius uirtutibus & modeſtia



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

indigna. Sed hæc alii iudicent. Porro quæ erat illa aſtuta & doloſa iuris exhibitio? Si enim iuris exhibitio fuit, cur illam aſtutam & doloſam uocatis? Quaſi citra dolum & aſtū nequeat ius ſuo ordine progredi, aut hic demum ſit aſtus & dolus, ubi ius eſt, & non potius iuri deſit locus, ubi dolus & aſtus preueniunt. Quæ eſt hic prudentia? Quod ſi aſtuta iuris & doloſa ſit exhibitio, ubi ornatiſſime, & ſumma cum ueritate aduerſus Lubecenſes cauſa dicitur, iſtam ſane fatemur doloſam & aſtutam iuris exhibitionem eſſe. Eſt enim talis, quæ euincere facillime poteſt, quot indignis modis Lubecenſes cum Sereniſsimo rege negocium tranſigerint, quod indignis modis ſuas ſunt frequentius conuentiones fruſtrati, & ſolennes literas fefellerint. Quæ ad omniū principum conſilia tranſmitti digna eſt. Quam deniq; ſi uelint Lubecenſes in examinationē uocare, libera illis copia futura eſt. Iſta eſt doloſa & aſtuta iuris exhibitio. Iſta eſt ſacerdotis commiſſio, quam ſi uidere denuo uultis, agite in iudicium uenite, & liberum erit de omnibus rationem reddere. Sed non tam aſtuta erat & doloſa, quia iuſta fuit, q̄ q Lubecenſibus tempus, quod aptiſſimum fuit ad res repetendas preripuerit. O malam commiſſionem, o ſceleratam iuris exhibitionem. Tu Lubecenſes ne res repeterent effeciſti. Tu ne in Burondiam traiicerent impedimēto fuiſti. Tu ne Scaniam oppugnarent in cauſa fuiſti, Tu ne Bornholmum demolirentur impediiſti. Tu ne in Sialandiam uim intentarent obſtitiſti. Iniqua ſane & nimisq̄ iniqua. Et hic quid dicitis Lubecenſes? Negatis in Burondiam a uobis claſſem miſſam eſſe? Negatis Scaniæ uim intentatam? Negatis Bornholmum arcem funditus erutam eſſe? Et tamen commiſſionem dicitis impediiſſe quo minus res repeteretis. Quæ uero repetendæ erant? Naues? At potiti eratis. Vectigalia? ſed diminui non poterant. Priuilegia? Sed ipſi uos infregeratis. Pyraticam exercueratis & Danos aggreſſi Suetos uos eſſe mentiebamini, Multos illorum carceribus, plures aquis conſumpſiſtis, & adhuc putatis aliquid repetendum fuiſſe?

Aſtutā exhibitionē Lubecenſes vocant eam quę iuris eſt & iure firmatur.

qualis fuit ea iuris exhibitio quā regius orator exhibuit aduerſus Lubecenſes & q̄ in ea continebantur.

Lubecenſes ſi uelint i ius uocare illā iuris exhibitionem quā ipſi doloſam uocant facile illis aſſenſum iri.

IRONICE.

Lubecēſiū impudens mendaciū cum ſe impeditos mēciūtur quo minus bellū gererent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

fuiſſe? Sed duas naues alteram ex Noruegia, alterā Hamb-
ſterdamum nauigantes, Dani comprehēderant. Quid hoc
non facerent? Hoſtilia perpetrarant, Sueticis mercibus gra-
uidæ erant, Cæſaream commiſſionem cōtempſeratis prius,
Danos depopulati eratis, quid non liceat uim ui repellere?
Demum & quinque Scuten uocatas. Quid ni? Sub Suetia
interceptæ erant. Negare non poteſtis, Et prius tot fœdera
ueſtra permiſerant, liberam eſſe citra pacis iacturam, ſi qui
talia attentarent intercipi. Cur hoc non licuit? aut cur Cæ-
ſaream maieſtatem ea ex ratione Illuſtriſsimus rex contēp-
ſit? Vos cōtempſeratis, Rex iudicio ſtare uolebat, uos recuſa-
ueratis. Id Cæſar mandauerat, & uos abominati eſtis? Prin-
cipes dederat qui controuerſiam componerent, uos ad lo-
cum, quem ipſi indixeratis non adfuiſtis. Cæſareum regi-
men ſub pena amiſſionis bis mille librarum auri puri mā-
dauerat ne bellū gereretis, & hoc preceptum auerſati eſtis.
Iudicent alii uter Cæſareum mandatum contempſerit an
Sereniſſimus rex, qui cauſam ſuam a Cæſarea maieſtate de-
putatis ſubiecit, an illi magis qui & Cæſareos commiſſarios
& indictum locum, diem, tempus, tot principes fruſtrati
ſunt. Qui cum pacem facere ex Cæſareo mandato iuberen-
tur, ad arma, inſidias, perfidiam, reſpexere, cum iuri ſtare
deberent tot regna a regis ſacramento abalienauere, & hi
dignos ſeſe putant, qui Cæſarei uocentur, audentq; eo ſe no-
mine uenditare, quaſi ſoli ſint Cæſareorum mandatorum
obſeruatores. ſed quoniā in precedentibus copioſe deduxi-
mus hæc omnia, nolumus denuo hanc cranbem repetere,
unum hoc adiungentes, ſi Cæſareo mandato hi deniq; obe-
diunt, qui ius & fœdera fruſtrantur, qui Cæſareæ maieſtatis
hoſtibus adherent, qui tot principes fallunt, qui populum
iuramentis exuunt, qui ad nunquā audita, aut uiſa reges
cogunt, qui plebem aduerſus nobilitatem inducunt, qui
Sacratiſſimum Cæſarem Carolum tot indignis uocibus la-
ceſſunt, qui Germaniam exhauriunt, populum depredan-
tur, omnia diuina & humana profanant, Lubecenſes eos
eſſe,

Lubecenſes ſe fingebant Suetos eſſe & hoc genere pyraticam in Danos exercuere ſed poſtea a Danis comprehēſi cogniti ſunt non Sueti, ſed Lubecēſes eſſe.

Et Cæſarē & Cæſareū regimen Lubecēſes auerſati fuere.

Si Cęſareo mādato obediunt qui cęſaris hoſtibus adherēt & Cęſaris p̄cepta abominantur Lubecenſes optime Cęſari obedire regem aūt minime.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

eſſe, qui maxime Cæſarei ſunt, & ante omnes Cæſaribus obediunt. Regem autem hoc genus exoſum Cæſari hoſtiliſsimum ex profeſſo eſſe, ſemperq; futurum. Sin minus tum demum omnes exiſtiment, cui magis Cæſarea amicitia deſeruiat.

## LVBECENSES.

REbus ita ſeſe habentibus, cum rex pene totũ Sueciæ regnum in ſuam ditionem recepiſſet, tamen adhuc circa urbem inexpugnabilem Stockholm quam obſidione terra & mari cinctam habebat, hereret & commeatuũ defectus & penuria in eius exercitu ſimul fames eſſe & premere cepiſſet, uidens ni commeatus adueheretur, cogi ſeſe eam obſidioné cũ ignominia ſoluere ſimulq; pertimens ex regno depelli, mittit iterum ad Lubecenſes legatos inter quos Anthonius de Mets (ac ſi eos multis benefactis obligaſſet) oratum ueh ãt commeatum in exercitum ſuum, pollicetur iterum maria & montes. At boni Lubecenſes adhuc pacis ſtudioſi & creduli obliuiſcuntur iniuriarum, mittunt commeatum ſperantes in uerba regis, tanq̃ oraculum, quum rex ipſi ſæpius repetiiſſe diceretur, ſi a deo daretur ſibi, ut rerum Sueticarum potiretur, nunquã ſeſe poſtea Chriſtianis hominibus bellum illaturum &c. Et ea commeatuum aduectione factum eſt, ut Stockholmii ſeſe regi permiſerint, alioqui, ut ſupra oſtẽſum eſt, fuiſſet ſibi cum ignominia obſidio ſoluenda. At quomodo rex ipſe cum Stockholmiis poſt factam deditioné, & cum aliis eiuſdem regni habitatoribus egerit, Sueci ipſi uiderint, & rex ipſe. Nec quicq̃ Lubecenſes culpandi ſunt, ꝙ Sueci ob regis ſeueritudinem ab eo defecere.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c, Regis ad ſupradictum Lubecenſium articulum Reſponſio.

Enumerata

ENumerata ſunt illa ingentia dãna, quæ rex Danus Lubecenſibus intulit, quomodo naues depredatus ſit, fœdera contempſerit, modeſtiam Lubecenſium neglexerit, & totam deniq; malorum lernam in Lubecenſes infuderit. Nunc econtra ſubſequitur ingens beneficiorũ a Lubecenſibus Sereniſſimo regi traditorum commemoratio, quæ certe tanta fuere, ut iure debuerit Illuſtriſsimus rex Danus Lubecenſibus aureos montes, & maria quæ promiſerat elargiri. Quid ita? Nam cum illum obſidentem inexpugnabilem urbem Stockholmum fames inuaſiſſet, &c. iterum ad Lubecenſes legatos mittit, pollicitus maria & montes ſi commeatum ſubueherent. Quid uero impetrarunt a Lubecenſibus legati regii? Boni Lubecenſes (qui ſemper tales fuere) adhuc pacis ſtudioſi (quam uidebant uiuente iam rege tuto infringi non poſſe) & creduli (tales eñ natura ſunt impoſtores) obliuiſcuntur iniuriarum (& hoc nunc ſat oſtendunt) Mittunt commeatum (nauiculam ſcz unam aut ad ſummum alterã, quæ ſi tuto potuiſſet hoſtibus coniungi, ad regem non ueniſſet) O ingens beneficium Parturiunt montes ad hæc tam reſonantia uerba, Et quis non putabit, qui hæc legerit, Elephãtum aliquem proditurum? Et tamen muſculus naſcitur. Commeatum intulerũt qui niſi aduectus fuiſſet regi cum ignomina obſidio ſoluẽda. Scilicet uero hoc putatis perſuaſum eſſe hominibus, ut tantus exercitus ex una aut altera ueſtra nauicula, quæ cõmeatum aduexit, non ſecus q̃ ex ſolis menſa nutritus ſit, tanto tempore? Aut tanti momenti putatis eſſe, nauiculã unam aut alteram inuitis uobis a uento ad regios depelli, ut ſtatim niſi illa aduenisſet obſidio linquenda eſſet, req; infecta, & cum ignominia diſcedendum? Hic ex neceſſitate gratiam requiritis, ex periurio honorem uenamini. Neq; enim ueriſimile eſt amico animo ad regios eam nauiculã a uobis miſſam eſſe, qui eo tempore, quo in Suetia bellatum eſt, frequẽter Suetorum nomine pyraticam contra Danos exercueratis, & predam, & ſpolia uendideratis, publico in

IRONIA.

Ingetia beneficia Lubecenſiũ qualia ſint erga regem.

Lubecẽſes aiunt ſe miſiſſe commeatũ ſine q̊ regi obſidio fuiſſet ſoluenda cum tamẽ ſupra duas nauiculas non miſerint eaſq; inuite, et preter animũ e quibus vix ducenti homines dies octo potuiſſent ali cum regi tantus exercitꝰ ad adeſſet in caſtris & tanto tempore.

Nauiculę a lubecẽſibus miſſę, debebant ſi potuiſſent Suetis cõiungi, ſed vi ventorũ. et quia regia claſſis maior erat q̃ ut tuto poſſent fallere ad regẽ peruenere.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

foro in quo & animam uenditis, & pecuniam pro parte in id erarium ueſtrum intuleratis, in quod Germaniæ uiſcera coniicitis. Qui Danos captiuos ne uos proderent, in mare conieceratis, & indigna confœderatos morte trucidauera-tis. Fuit ergo miſſa hæc a Lubecenſibus nauicula, callido & innato īpoſtoribus cōſilio, ut ſi forte libere, citraq; periculū ad Suetos perueniret, tametſi commeatu, qui exiguus fuit, illos adiuuare non admodum poſſet, adhortaretur tamen, ut forti animo aduerſus regem ſe tuerentur. Futurum enim eſſe, ut nunq̄ Lubecenſes a ſuppetiis ferendis deſiſterent. In-dicium huius rei eſſe, quod in mari Lubecenſes Suetorum nomine pyraticā exerceant. Danos in quos incidunt, aqua & ferro perdant, ne reueletur facinus, neue cognoſcantur Lubecenſes eſſe. Sin uero aut caſus, aut tempeſtas illam ad Regios pelleret, pro ſolita & innata impudentia dicerent a Lubecenſibus nautæ, ſeſe ad regem miſſos eſſe, ut commea-tum laborantibus ſubueherent. Eoq; ex facto gratiam mere-rentur, qui perfidiam quam animo occulerant adimplere non poſſent. Deniq; ut Hyrundinem in fabulis eſt aduerſus accipitrem & felem duplicata ſe natura tutam eſſe, ſic Lu-becenſes, ſi in regios inciderent, amicos dicerent, ſin uero in Suetos, non difficile eſſet leonem ex unguibus dinoſci. Sed ſucceſſit preter animum, quemadmodum & alia quedam eo tempore. Nam tunc a Danis intercepti ſunt aliquot Py-ratici Lubecenſium Mioparones, qui ſeſe Suetorū nomi-ne uenditauerant, unde facta fides eſt perfidiæ, & miſera illa nauicula, in Danos quū iam terra & mari obſeſſam, Stock-holmum non poſſet ingredi, impacta eſt, & quem Suetis in-uehere commeatum non potuit, eiuſdem regiis inuitam copiam facere coacta eſt. Hoc eſt beneficium, quod in regios contulere Lubecenſes, unde maria & aureos montes a rege ſibi deberi exiſtimant. Neq; enim alium intulere poſtq̄ a re-gia legatione requiſiti fuerant. Quod ſi etiam mille naues intuliſſent, nunquid illis gratia ulla debebatur? Oſtenſum eſt enim ex Malmogienſi fœdere obligatos Lubecēſes fui-

ſſe, ut

Callidū conſilium Lubecēſium quo ſubſidiarias nauiculas duas miſerunt q̄ ad regios delatę ſunt.

Fabula de hyrundine q̄ ſubinde murē ſubinde auē ſe ſimulabat Lubecenſibus optime cōpetit.

Pyratici aliq̄t Lubecenſium myoparones ſe Suetos eſſe dicentiū intercipiūtur noſtriſq; alienis plumis ornata cornicula.

Maria & mōtes ſibi deberi putant Lubecenſes ob tam egregia beneficia, o egregios beneficos & liberales homines.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſſe,ut regem non commeatu ſolum,ſed etiam uiribus,opera,conſilio,donec Suetia ſubigeretur,adiuuarent. Quæ igitur maria, aut quos montes aureos Lubecenſibus pro tot beneficiis Sereniſſimus rex elargietur? Niſi forte oratori ſinus aliquis,aut collis aureus debeatur, qui ciuium ſuorum cauſam tam ſplendidis uocibus decorauit, & ex illorũ officio uoluerit tantam regi notam ingratitudinis inurere,Sed prodiit tandem furtiua cornicula,& q̃ prius ſpecioſa erat & auibus reliquis miraculo,tam nunc deformis erit,& omnibus deriſui & opprobrio. Magnum ſane erat ſi per Lubecẽſes Illuſtriſſimus rex Suetia potitus fuiſſet, nunc uero cum ſolam nauiculam unam, aut alteram ad ſummum tranſmiſerint, arbitrio omnium ſubiicitur, an tanti momenti ea fuerint,ut inde exhiberi debeant maria & aurei montes Lubecenſibus. Porro oratorem Lubecanum, qui hæc in articulos reiecit,non diffitemur,& aureas quoq; ualles, & flumina,nedum maria & montes, promeritum eſſe. Cæterũ quoniam & hoc multum putant cauſæ ſuæ adiecturum, quod Illuſtriſſimus rex promiſerat, ſi Sueticarum rerum potiretur,futurum eſſe, ut nũquam Chriſtianis hominibus bellum inferret,uidendum eſt,an id hactenus idem Illuſtriſſimus rex non obſeruauerit. Quod ſi ex eo tempore nulli hominum bellum intulerit, necdum autem a uobis illatũ repulerit,nonne ut Chriſtianum principem decet, iuris iurandi tenax hactenus fuit? Vos toties prouocaueratis,toties fœdus fregeratis,tot damna intuleratis, & tamen nunquam niſi uos iam regnum inuaſeratis arma aſſumpſit. Vos toties Suetis ſubſidium miſeratis, & tamen bellum nõ intulit. Vos anno domini M.D.XXI. apud Bergas Noruegiæ oppidum, furcam in regis ignominiam deieceratis, & manu ualida & inſolente, curiam regiam eiuſdem oppidi euerteratis,depredato regio theſauro, & multis ciuium turpiter interfectis, tranquilla ſtante pace, q; tamen neq; per ſereniſſimum regem fracta ob tam ignominioſum facinus fuit. Vos querentibus regiis oratoribus, cur ueſtri in Danos

Lubecẽſis orator qui hæc tã ſpecioſa cõmẽtus eſt dignꝰ ſinu aliquo aut colle aureo ob ſua erga ciues benemerita.

Illuſtriſſimũ regem optime obſeruaſſe ꝓmiſſum q̊ diceret ſe nũquã chriſtianis hominibus bellum illaturũ ſi Suetia potiretur.

Lubecenſes q̃ regi ignominiam intulerũt et tamẽ ad bellũ ꝑmotus non eſt.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Aliā ignominia quā Lubecenſes intulerunt Illuſtriſsimo regi ob ꝗꝫ ad bellū inductus non eſt.

pyraticam exercerent, reſpondiſtis in manibus ueſtris non eſſe filiorum & familiarium ueſtrorum audaciam cohibere,& hæc tam inſolens uox mitiſſimum regem ad bellum non protraxit. Deniqꝫ cum iam Chariſſimum patruum, Illuſtriſſimum Holſatiæ ducem, ab eodem auertiſſetis, ne bellum gereret,nulla urgente neceſſitate, quod uosmet fatemini, in exilium procul ab auitis ditionibus conceſſit.

Alia ad huc. Reſponſio ad id quod aiunt quid cum Suetis egerit, rex illos bene dicturos &c.

Quid hoc uno facto potuit aut magis Chriſtianum eſſe,aut tali principe dignius? & non ueremini adhuc tantam illi, ſed iniuſtam inuidiam inurere? Quid uero ad uos,quomodo cum Stockholmenſibus & Suetis egerit? Nam illius Seueritudinem, quam dicitis in cauſa fuiſſe, ut Sueti denuo deficerent iuſtam iudicauit Rhomanus pontifex,miſſo legato D. Iohanne de potentia qui legitima inquiſitione facta,ut ex ipſius,qui penes nos eſt,proceſſu patet,nihil preter iuſtitiam factum eſſe iudicauit.

Leo Papa X. iudicauit Illuſtriſſimū regē inmunem eſſe ab excōmunicatione & recte adminiſtraſſe iuſticiam. Scelerata uox lubecenſium.

Et uos quod Rhomanus pontifex Leo Papa decimus iuſte factum iudicauit,ſeuerius hoc eſt, iniuſtius factum arbitramini? Sed huius rei tum demum amplior mentio futura eſt in Sereniſſimi regis aduerſus Suetos excuſationem. In qua luce clarius oſtenſurus eſt, uos in culpa fuiſſe quéadmodum ſcelerata illa ueſtra uox fuit,regem nunquam anno uno Suetiæ regnum poſſeſſurum,quod & alias diximus. Illic enim oſtendetur, ꝙ impudenter dicatis culpandos uos non eſſe, quod Sueti a Sereniſſimo rege defecerint,cum primam illi rei originem miſſo in Suetiam preter fidem datam Guſtano Eryckzon huius rebellionis principe feceritis.

Lubecēſes Guſtanū Eryczon Suetū regis captiuū qui ꝑter fidem datā fugerat vrbe ſuā preter fœderare ceperūt & cum a rege repoſceret̄ magnis muneribꝰ datis in Sueciam ad rebellionem concitanda miſerūt quā etiam cōcitauit.

Guſtanus enim hic nobilis Suetus,cum a rege datus eſſet in cuſtodiam,nobili uiro Eryco Eryczon,cum ab eodem Eryco,non ut captiuus, ſed ut filius teneretur,data fide ſe non abiturum, priuſꝙ regi placeret,preter fidem datam fugit Lubecam. Et quamꝗ prioribus fœderibus cautum erat,ſi qui forte Sueti Lubecam aduenirent, eos ſtatim ad regem mittendos eſſe, tamen hunc tantum abfuit,ut remitterent Lubecenſes,ut cum aduenisſet Erycus predictus cui datus fuerat Guſtanus in cuſtodiá,

& captiuū

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

& captiuum ex fœdere repoſceret, & illum fractæ fidei in ius uocaret. Lubecenſes preter omnes celebres conuentiones, Guſtanum cum naui armata, amplis muneribus donatũ, in Suetiam ut rebellioné excitaret emiſerunt, qui omnes res inturbauit ipſumq; regnum a rege totum auertit. Sed hæc alias.

## LVBECENSES.

SEd poſſunt Lubecenſes iuſte conqueri, ꝙ quicquid irarum ipſe rex & odii toto pectore in Lubecanos conceperat, atq; nonnihil preſſerat, hoc totũ dedita Stockholm & regno profudit. Prohibuit enim omnibus ſuis & regnorum ſuorum ſubditis, ſub grauiſſimis penis (etiam uitæ) ne quicq̃ Lubecenſibus, & ipſis fœderatis ciuitatibus adueherent. Item nulla penitus cum ipſis haberent commercia, neq; etiam ſoluerent debita, pacis tempore quouis modo contracta, & ut omnium mercioniorum & negociationis uiam precluderet, nouam conatus eſt in Hafnia erigere Stapulam. Suſtulit ipſis ciuitatibus eorum priuilegia & in ſumma omnibus conatibus hoc egit, ut Lubecenſes penitus deſtrueret, aut in ſeruitutem redigeret, & ab imperio alienaret. Si nunc ipſe rex omnium beneficiorũ potuit obliuiſci, unus ſaltem meminiſſe debuit, ꝙ Illuſtriſſimam reginam eius matrem, quæ in Stockholmo arce capta tenebatur, cum iam & ſummus pontifex Imperatoria maieſtate omnes Electores, & principes Imperii, uel perſuaſionibus uel etiam minis pro eius liberatione fruſtra laboraſſent, miſſa ſolenni in regnum legatione liberarunt, & cum multo honore in Daniam reportarunt. Si ob hoc tanta in ſeſe cum ratione contraxerunt odia, uidet ueſtra Celſitudo.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c, Regis ad ſupradictum Lubecenſium articulum Reſponſio.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ET merito ſane conqueri poſſunt miſeri Lubecenſes, ꝙ tam indigne tractati fuerint. Porro quid eſt, quod illis indignum impoſitum eſt? An ꝙ prohibitum fuit, ne Sereniſſimi regis ſubditi Lubecēſibus quicꝗ̃ aduherent. Sed hoc qua nam ratione factum fuit? factum ſubiiciunt, cauſam non ſubiiciunt. Verum eſt enim Sereniſſimū regem, poſtꝗ̃ Suetico regno potitus eſt, iuſſiſſe, ut tantiſper ſui a Lubecenſium commercio deſiſterent, donec ſciret quo in ſe animo Lubecenſes eſſent, planeqꝫ compertum haberet, pacem an bellum mallent. Volebat enim prudentiſsimus rex egregie omnia diſponere, probeqꝫ cognoſcere, quid ſibi de Lubecēſibus ſperandum eſſet. Itaqꝫ ad tempus iuſſit ſuos a commerciis abſtinere, tantiſper, donec certior efficeretur, an Lubecenſes, quas toties infregerant conditiones fœderum, renouare uellent, atqꝫ illis iam ſtare, quod prius nūquā fecerant. Hæc ratio fuit, non ut ipſi mentiuntur ꝙ illis male uellet, unde neqꝫ conquerendi cauſam habent. Erant enim hæc a rege iuſſa in eam rationem, ut ſi Lubecenſes pacem amplexarentur, & renouarent, tum omnia fierent eo ordine quo prius, hoc eſt, iterum negociarentur inter ſe, & merces ut prius ſubueherēt. Sin uero bellum illis cordi eſſet, nonne æquum erat hæc omnia, ne hoſtibus uſui eſſent, interdicere? Eadem ratio fuit cur & debita retenta ſint, & prohibita ſolutio eorundem. Volebat enim certus eſſe Illuſtriſſimus rex, utrum acceptare mallent, pacem quam ipſe ſemper deſyderauit, an bellum magis, quod hoſtibus ſemper cordi fuit. Cæterum nouam Stapulam in Hafnia, cur non liceat regi erigere? Voluit enim & regnis quoqꝫ ſuis cōſulere. Videbat quātū iacturæ incurrerent Dani, qui ſemper cogebantur extra regnum negociari. Proinde uolebat ad ineſtimabilem regni commoditatem, ſuis quoqꝫ ſubditis monumentum ſuæ Serenitatis relinquere, & regni Danici metropolim mercatura inſignem reddere. Et cur hoc non liceat? Audiſtis ne uos aliquando Lubecenſes, Tunicam pallio propiorem eſſe? Vos amici eratis, ſed Danos incolas

oportuit

Lubecēſes factum ſubiciūt cauſam nunꝗ̃ ſubiiciunt. Quare Sereniſſim⁹ rex ut ſui a Lubecēſiū cōmercio abſtinerēt ad tempus iuſſit.

Quare retenta ſolutio debitorum.

quare rex ſtapulam in Hafnia erexerit ad communē regni utilitatē enim fieri id uoluit.

oportuit magis amicos eſſe, eorumq; maiorem habere rationem q̃ ueſtri. Cui porro nocuit, ſi in regni ſui & ſubditorum omnium utilitatem mercatores in ſua metropoli nouis priuilegiis datis preparauit ad regni commoditatem. Non hoc in ueſtrum damnum fuit Lubecenſes, ſed regni utilitatem, cui magis q̃ uobis conſulere debuit. Neq; uero uos unquam id ne fieret fœderibus cauiſtis, cur ergo non potuit quod regno ſuo utile & commodum eſſet, introducere? Videbat in Anglia celebres mercatura Lundonias, in Gallia Rothomagum, Lugdinū, Lutetiam, In Belgis, Brugas, Antuerpiam, & plures alias. In Germania tot preclaras urbes, Francofordiam, Lypſiam, tum demum & ueſtra Luſtra, in quibus totam Germaniam conſumitis. Econtra in tribus ſuis opulentiſſimis regnis, Dania, Suetia, Noruegia, nullum emporium cum predictis conferendum conſyderauit. Vnde efficere uoluit, ut & ad regna ſua mercatores cōfluerēt, quemadmodum ad reliquas orbis partes, neue tam omnium commerciorum inops eſſet Dania, ut non etiam emporium haberet, quod oſtentare poſſet. Quæ leges, quæ iura, hoc ipſum nō permittūt? Aut cur non liceat regi regnis ſuis conſulere? Nonne ſatius eſt auxiſſe regnum q̃ depreſſiſſe? Quid ergo ad Lubecenſes, quod rex ſuis in regnis conatur introducere? Quomodo uero hoc ex modo, ciuitatibus ſua ſublata ſunt priuilegia? An illis cautum fuit ne liberū eſſet regi, quod pro regni utilitate erat inducere? Minime. Cur ergo non poſſit? Quod ſi quæ priuilegia ſublata eſſent, nonne iure fieri id potuit? At iure potuiſſe omnia uobis priuilegia antiquari, uidete an nos non recte poſſimus oſtendere. Si enim uos ipſi priuilegia ueſtra primi fregiſſe poſſitis oſtendi, quid tum eſtis dicturi? Agite, audite. Cautum eſt priuilegiis ueſtris expreſſe, quod ſi forte contra regem inſultus hoſtiles, & bellicos motus fieri contingeret, uel a regni incolis, uel ab exteris, mercatores ueſtros, & alios artificia manualia exercentes, ut priuilegiis digni reddamini teneri & obligari ſub amiſſionis illorum pena, ad huiuſ-

modi

Reuocate hæc in animū Dani. Ampliare uolebat Daniam Chriſtiernus, & expulſus eſt.

Illuſtriſſimus rex cū in omnibus prouinciis uideret emporia uolebat unū aliquod in ſuis regnis eſſe.

Men ſeruaſſe decuit, ut eſſet qui me perderent.

Ciuitatibꝰ nō fuiſſe ablata priuilegia quātum re[illegible] ſciat. Quinimo ſi id factū fuiſſet iure potuiſſe fieri.

Cautū in priuilegiis Lubecenſium.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

modi inſultus propulſandos, & hoſtes pellendos omnes uires impendere regi, & ſuis aſſiſtere ac auxilium ferre. Negatis? At parata ſunt diplomata, Preſto ſunt ſigilla ueſtra, In manibus ſunt, quibus id poſſumus euincere. Sed & penes uos ſunt, unde negare non poteſtis. Nunc uero dicite. Obſeruata ne hæc a uobis ſunt? Certe niſi oſtenderimus longe apertiſsime nihil minus obſeruatum eſſe, pereant quecunque prius digeſſimus. Tempus requiritis? Anno domini M. D. I I. Quid? Cum Canutus Allonis Eques Noruegus facta cũ certis Sueonibus contra regem perfida coniuratione, & cõtracto ex propriis militibus & Sueonibus exercitu, in curiã regalem ciuitatis Bergenſis irruiſſet, ac illam omnibus iuribus fiſcalibus per quattuor proximos annos collectis & rebus aliis una cum naui regia ſpoliaſſent, illato damno multa markarum milia excedente, ac domus & edificia ditionis regiæ dictæ curiæ circumiacentia, rapinis & incẽdiis deuaſtaſſent, & tandem ciues alii regis ſubditi parricidas & predones iſtos uiriliter inſecuti & aggreſſi, haud dubie de eis cõmiſſi parricidii ſupplicium ſumpſiſſent, Quid tum egere mercatores Lubecenſes? nonne confeſtim armata manu regiis ſubſidio uenere, ut ex priuilegiis tenebantur? aut hoſtes pepulere, & inſequuti ſunt? Minime. Quid ergo? Confeſtim mercatores Lubecenſes, & aliarum adherentium Lubecenſibus urbium, contracta cohorte ſeſe perfidis illis, & periuris, & predonibus, conuinxerunt, & armata manu contra Illuſtriſſimi regis ſubditos auxilium tulerunt. In ſumma, ipſi in cauſa fuere, ne a ciuibus de predonibus illis uindicta ſumeretur, ne bona regia, quæ diripuerant Sereniſſimo regi iterum reſtituerentur. Quid hoc facinore potuit eſſe ſceleratum magis. Priuilegia fregiſſent, ſi quieti manſiſſent, ſi ciuibus auxilium non tuliſſent, Nunc cum tumultum excitauerint, in ciues impetum conuerterint, bona regia diripuerint( Nã p ipſos ſtetit quod reſtituta nõ ſint )quomodo liberum illis priuilegiorum ius manere poteſt? Quid quod ſæpenumero non modo non propulſatis regiis hoſtibus & iniuriis,

Oſtenduntur Lubecẽſes ſua priuilegia fregiſſe & ſua pacta tranſgreſſi unde iure illis oĩa antiquari potuiſſẽt ſi uoluiſſet Illuſtriſſimus rex Chriſtiernus, q̊d tñ̃ factum nõ eſt abeodem quod ſciat, Turpe factũ Lubecenſiũ.

Kanutus Allonis rebelliũ in Noruegia prĩceps.

Aliud ſceleratum factũ Lubecenſium.

iniuriis,priuilegia tranſgreſſi ſunt,& uiolarunt,ſed & regiã maieſtatem ledentes ſepenumero ipſimet contra Ioãnem & Chriſtiernum reges,eorumq; conſiliarios regni prefectos & officiales,tumultuoſe inſurrexere,ui & armata manu iu- ſticiam miniſtrari, & iniquos malorum conatus coartari, prohibentes & impedientes. Atq; inter alia innumera Ioan nem Epiſcopum Bergenſem ter ciuitate ſua Bergenſi uio- lenter expulerunt. Accedit ad hæc quod prius dictum eſt, quam eadem in urbe anno domini M. D. X X I. ſeuiciem citra omnem occaſionem exercuere, Adiungitur & illud, quod ante aliquot annos Epiſcopum Bergenſem regium conſiliarium,poſt multa nefanda,pontificia infula ac ueſti tu ornatum, & uenerabile Euchariſtiæ ſacramentum ma nu tenentem, ſacroſancto ſaluatoris corpore in terram cõ- iecto & peſſundato,& ambabus reſecatis manibus,atrociſſi- me trucidarint. Hoc ipſum tam egregium factum, ſi priui- legiorum immunitatumq; ius nõ excedit, quæſo quomo- do infringi poterint priuilegia? Si liberum eſt per priuilegia regium conſiliarium trucidare,ſi pontificiæ leges citra occa ſionem & cauſam Epiſcopum interimere permittunt, de- niq; ſi Chriſtianæ pietatis eſt corpus, quod pro nobis obla- tum eſt,in terram coniicere & peſſundare,ſua ſint Lubecen ſibus permiſſa priuilegia. Sin uero proprio gladio iugulan- tur,tum demum nihil magis inculcent priuilegia ſibi anti- quata fuiſſe. Quid memoremus Segebergenſe fœdus, Ny- copynckenſe,Malmogienſe, Lubecenſe, & alia innumera quæ perfidi hoſtes ſepenumero infregiſſe,citra ullum nego cium euinci poſſunt, Quam rem etiam oſtendimus, & ad- huc inſequentibus copioſius digeremus. Quod ſi ergo ſub- lata fuiſſent ſua priuilegia,quid eſt quod cum ratione con- queri poſſent? Neq; tamen nouit Sereniſſimus rex, quod illis adempta ſint,tantum abeſt ut tale quid exiſtimet factũ eſſe,quod iure fieri poteſt aut Lubecenſibus unquam uoluit ruinam illatam eſſe,aut in ſeruitutem redegi. Quando hoc ſemp egit,ut pax firma perſiſteret, & bellorũ tumultus ſeda-

Aliud adhuc ſceleratius.

Lubecenſes Epiſcopũ Bergenſem ter ſede ſua expulerunt.

Lubecẽſes alium Epiſcopũ Bergẽſem põtificia infula decoratũ & ſacrũ corpus Chriſti in manu tenentem corpore dñi in terram proiecto & peſſundato reſciſſis manibus crudeliter interfecerunt. o Chriſtianũ factum.

Mendaciũ eſſe quod Lubecẽſes aiunt regem conatum eſſe Lubecenſes in ſeruitutẽ redigere.

O rentur,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

rentur. At hoc toties dictum eſt, ut ſuperuacuum ſit, iterum
repetiiſſe. Aut uos ſi poteſtis aliud euincere, agite, in iudici-
um uenite. Quomodo uero in ſeruitutem uos redigere uel
let, qui ut uos redigeret nunquam attentauit? Niſi forte dũ
ille domi hoſtem operitur, Lubeka ultro & ſponte ſedentẽ
ſit receptura. Hoc ueſtrum propoſitum fuit, quod & nunc
ad finem perduxiſtis. Exuiſtis enim optime de uobis meri-
tum regem opulentiſsimis regnis, effeciſtiſq; ut in miſerum
exilium ſponte ſecederet, quis hoc uel puer non intelligat
ironice a uobis dictum eſſe? itaq; ſumi debere ut uos cona-
ti ſitis regem in ſeruitutem redigere, & penitus deſtruere,
quod nunc feciſtis, tum demum uos ab imperio Romano
alienare? Quod fœdera quæ uobis cum Francorũ rege ſunt,
facile poſſunt euincere. Somniatis enim ueſtram illam li-
bertatem, & popularem ſtatum, ſi quid grauius nobilitati
accidat, meditamini. Mentimini enim & impudenter (ſed
pro more) mẽtimini ſordidi ſanguiſugæ, ſi regem tale quid
conatum eſſe aſſeritis. Deducite, Probate, In iudicium ue-
nite, Quod ſi idipſum euincere poteſtis, cedimus uobis tri-
um regnorum ius. Lubecenſes reges ſunto. Aliud nil requi-
ritis. Sin minus, tum demum iudicent principes, quid de
horum hominum inſania ſtatuendum ſit, qui nobiliſſi-
mos reges in mutuum odium conantur incendere, id unũ
facientes, ut diſperſos diſpalatoſq;, ſingulos melius q̃ om-
nes, extinguant, nobilitatiq; finem (quod dii caueant) certiſ-
ſimum imponant. Itaq; uelut in fabulis eſt, lupos cum uide
rent ſe non poſſe ouibus, quæ cum canibus amicitiam con
traxerant, uim inferre, id unum effeciſſe, ut canes ab illis ab
alienarent, & tum demum utroſq; facile proſtrauiſſe. Ita
nunc Lubecenſes ſacram Cæſaream maieſtatem in regem
prouocant, & hunc quidem proſtrauere. In illum uero ini-
to cum Francis fœdere iam conſpirauere. Quod ſi cui mirũ
uideatur illos tale quid audere in Cæſarem comminiſci,
tam potentem principem, is primo conſyderet ingentes
Lubecenſium & confœderatarum urbium opes eſſe, ſuper-
bam &

bam & aptam ſeditionibus multitudinem, magnas uires,
ſunt enim urbes confœderatæ maxime ſeptuaginta quat,
tuor, nulla in illis quæ non poſſit magno tempore quod
uis bellum illatum repellere. Tum ita cõiuratæ, ut quiſquis
ſit princips qui uni bellum inferat, iure an iniuria, is con,
feſtim cum omnibus illis bellum certo eſſe ſibi credat. Iſta
popularium conſpiratio aduerſus nobilitatem tumultum
meditata eſt. Deinde temerariam & inſatiatam plebẽ eſſe,
cui opes miſera Germania ſubminiſtret, cum decuplato
precio merces ſuas Germanis iniiciant. Quo fit ut nullum
neq; regem neq; principẽ uereantur, Fœdericum, Maximi,
lianum ludibrio habuere. Contra Carolum fœdus cum
Franco iniere, hinc auditæ ſunt illæ peſtilẽtes uoces Menſe
Februario VViſmariæ (una ex confœderatis eſt) Cæſarem
Carolum non uelle Chriſtierno regi ſubſidium ferre, Tum
ut uellet, non poſſe. Demum ut poſſet, non audere ſecum
bellum aſſumere, ne forte idipſum patiatur quod extorris
Chriſtiernus. Habere enim ſeſe Macheram domi, qua facile
urbinam repellerent. Hæc paſſim iactata ſunt, quo tempo,
re Illuſtriſsimi Alberti Megapolẽſis nuptiæ celebratæ ſunt,
Adiunctam, Cæſarem Carolum puerum eſſe, Cum Chriſti,
erno autem ſi bene Lubecenſes & confœderati agere uelint,
conceſſuros rus unum, apud Noruegos quod cum uxore &
liberis coleret, ut inde uitam ſuſtẽtare poſſit. Id genus mul,
ta uulgo iactata ſunt, Editi & ſparſi libelli. Illuſtriſſimæ re,
ginæ idipſum quod ex donatione per nuptias obuenerat,
ui ablatum. Scz uero id Chriſtianũ eſt, regem potentiſſimũ
ad ruſculum colendum adigere? & Illuſtriſſimam reginam
Sacratiſſimi Cæſaris, Illuſtriſſimiq; Ferdinandi ſororem,
mitiſſimam & optimã principem, in ruſticas ſordes conii,
cere? & liberos tot maximorum principum nepotes, & con
ſanguineos, inſontes ad extremam illam pauperiem redi,
gere? Quibus id auribus audies Inuictiſſime Cæſar Carole?
Quibus id Illuſtriſſime princeps Ferdinande? Quibus uos
omnes reges & principes? Niſi forte quia non id effecere, pu

Conſyderent principes opes Lubecẽſiũ & non iudicaturi ſunt mirũ eſſe ſi ſibi cauere debeant.

Germania lubecenſibus opes ſugerit ſed proh dolor ignara.

Peſtilẽtiſſimę uoces Lubecẽſium & cõfœderatorum de Cęſare Carolo & rege Chriſtierno.

Execrabilis intentio Lubecenſiũ qui iactat ſeſe regi & reginę & liberis daturos rus in Noruegia ut uictum ſibi poſſint cõparare & liberis ſuis Cęſaris et Ferdinãdi nepotibus generoſiſſimis pueris.

 tatis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tatis minus deteſtandum eſſe. Quaſi uero non etiam uoluntas iudicanda ſit. Minus malum eſt ꝙ facere non potuerint, & puniendum certe nihil minus. Deniq; ſi cui regum potentia maior uideatur, q̃ ut eam poſſint labefactare Lubecenſes, is conſyderet Illuſtriſſimum regem Chriſtiernum trium opulẽtiſſimorum regnorum legitimum regem fuiſſe, & in tribus pro more coronatum, ſed & Ducatus extra regnum habuiſſe non impotentes, quibus tamẽ om̃ibus ex iſtorum Lubecenſium animo ſpoliatus eſt. Effecere id exiguo tempore, ut minime mirum uideri poſſit, maiora adhuc auſuros qui tam proſpere ſucceſſiſſe om̃ia ſibi contemplantur. Et grandiora aggreſſuros, fauentibus nunc fatis, qui prius tam magnis citra certitudinem ſe immiſcuere. Sed hæc alii conſyderent.

Chriſtierni regis quondam potentia.

Cæterum, ꝙ Illuſtriſſimam matrem Lubecenſes in Daniam reportarint, non poteſt non maximam gratiam habere Illuſtriſſimus rex. Verum promeritus eſt idipſum copioſe erga eos Illuſtriſſimus Ioannes piæ memoriæ, & ipſe deniq; Chriſtiernus auctis Lubecenſium priuilegiis, Quod ipſi negare non poſſunt. Cum tamen in cauſa fuiſſent Lubecenſes, ꝙ eadem in hoſtium poteſtatem perueniſſet. Ioannes ſiquidem e Suetia abiens reginam uxorem Stockholmi dimiſerat, Interea Lubecenſes ſuis ſolitis ſuggeſtionibus Suetos iu rebellionem pepulere. Capta eſt Stockholmi regina a Suetis, fruſtra ſummus pontifex, fruſtra Cæſar, fruſtra omnes principes laborauere. Solis Lubecenſibus licuit reginam e captiuitate eximere, nimirum qui originẽ captiuitatis fecerant, in manibus habuere illam iterum reſcindere. Quid nunc de Lubecenſium potentia dicendum eſt? Quod ſummus pontifex non potuit id Lubecenſes effecere. Cæſarem Sueti contempſere, Lubecanos non cõtempſere. Principum authoritatem abominati ſunt, Lubecenſiũ legationem uenerati ſunt. Conſyderate principes ſordidis mercatoribus plus authoritatis q̃ uobis eſſe, & conſyderate tandem quorſum hæc ſunt euaſura. Non contraxiſtis autẽ

De Illuſtriſſimi regis m̃re quã Lubecenſes a ſe liberatam eſſe dum ſtockholmi captiua tenereẽ aſſerunt.

Lubecẽſes in cauſa fuere cur regina iu captiuitatẽ deduceretur adhortati enim erãt vt Sueti rebellarent.

odium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

odium ea ex re Lubecenſes,ſed priuilegiorum auctionem & ab Ioanne & a Chriſtierno. Nimis iactatis,unum quod contuliſtis beneficium. Neq; inficiatur Illuſtriſsimus rex gratiam ea ex re uobis debitam fuiſſe, ſed non ſubiicitis quid ea ex liberatione ſitis conſequuti. Veſtrum officium iactatis repenſionem non aſſcribitis. Ita enim ſemper ſoliti eſtis cauſam ſcribere,ut dimiſſa ea parte qua uobis poſſit reſponderi,alteram euulgetis,in id unum laborantes, ut Sereniſsimo regi immeritam apud ignaros rerum animos inuidiã confletis. Sed & his finem tandem deus conceſſurus eſt.

Lubecẽſes oſtendere plus ſeſe poſſe quã pontificẽ Cæſarem reges e lectores.

## LVBECENSES.

EX iſtis & aliis infinitis preſſuris & intollerabilibus grauaminibus, ad necem & perpetuam miſeriam reſpicientibus, nec ex alia cauſæ preſumptione uel libidine, ad defenſionem & arma, quod dolenter refero, uentum eſt,nec potuit modus quiſpiam inueniri,quo tam crudelibus & immaniſſimis conatibus iretur obuiam, coegit Lubecenſes ſacramentorum imperatoriæ celſitudini, & ſacro Imperio preſtitorum memoria.Erant Lubecẽſes omni ope & auxilio imperii deſtituti, Inuictiſſimus Cæſar fuit in Hiſpaniis,Sacri Imperii regimini ſatis fuit, & eſt in hodiernum diem quomodo Turcha a finibus Chriſtianorum arceri poſſet, & inteſtina Germanorum principum bella & odia componi negocii.Itaq; non pro ſe ſolo, ſed pro toto Imperio arma ſumpſerunt, uitam fortunamq; omnem in non paruum diſcrimen ponentes ne a Sacro Imperio tam inſignes urbes alienarentur,& dominium regum ſubire cogerentur,pro quo & Inuictiſſimus Cæſar, & omẽs Germani principes ipſis merito gracias habere debuit,& debeãt.Tãtũ enĩ Cæſareæ maieſtati & toti Imperio de Lubeca in imperii iuribus manu tenenda intereſt,q̃tũ de quauis alia ciuitate, q̃tũcunq; maiore & ditiore, quando quod abſit hæc Danico imperio parere cogeretur, omnes uicini principes non



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Cæſari non imperio,ſed Danis obſequi & parere compellerentur,quod ſicuti hoc rex Daniæ auidiſſime ſitit,ita eſt Lubecenſibus optima ſpes Inuictiſſimum Cæſarem hoc maxime nolle,nec ſpes eadem Lubecenſes deſeret,ueſtram Celſitudinem ut imperatoris filiam, & imperatoriæ maieſtatis, & imperii ſubditorum gratioſiſſimam dominam , ueſtras illuſtres celſitudines iſta attente & ex animo expenſuras,ſeſe in Lubecanos , aut ab affinibus , aut a ſanguine nequicq̃ moueri paſſuros.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c. Regis ad ſuppradictum Articulũ Lubecenſium Reſponſio.

Nullã exigendi Sereniſſimi regis occaſionem fuiſſe q̃ innatam libidinem.

PReſſuratum ratio pridem reddita eſt, intollerabilia grauamina non fuiſſe oſtendimus, quod ad necem & perpetuam miſeriam non reſpexerint, ſed id intulerint Sereniſſimo regi Lubecenſes,clarum eſt. Nec alia ex cauſa,preſumptione,uel libidine. Nulla ergo uobis fuit exigendi Sereniſſimum regem cauſa Lubecenſes, cum nulla preſſura fuerit,grauamina ex populi Danici conſenſu , ex legum Danicarum conſtitutione inducta fuerint , cui neqꝫ Lubecenſes repugnabant,neqꝫ repugnare iure poſſunt. Nulla miſeria uel mors intentata fuit,cum nunq̃ rex Danus bellum inceperit,ſed ipſi ſemper in Daniam impetum conuerterint,regemqꝫ non ad aliena inuadenda,ſed ſua ſi poſſet tutanda inpulerint. Nullam ergo aliam illis cauſam fuiſſe, q̃ libidinem uel hoc euincit,ꝙ fœderis conditiones cum dediſſent,arma aſſumpſere. Ad defenſionem anniſi nõ ſunt. Teſtis eſt Burondia,teſtis Scania,teſtis Sialandia. Deniqꝫ iudicant hæc tẽpora ꝙ nõ ad defenſionẽ,ſed ad depredationẽ & oppugnationẽ. Tũ defendiſſent,ſi cũ infeſto rex exercitũ Lubecam obſediſſet,aut in illorum agros impetum conuertiſſet. Nunc cum totum regnum expugnauere, quæ eſt iſta defenſio? Ad arma non ut ipſi aiunt ( quod dolenter refert orator)

Lubecẽſes nõ defenſionẽ ſed oppugnationẽ ſemper intulere.

Ad omĩa quę proponũt Lubecenſes reſponſio.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

orator)ex neceſſitate uenere, ſed libidine ut prius euicimus
modum nullum inuenire poterant, quo potentiam ſuam
declararent, niſi regem expellerent. Nulli conatus preterq̃
Lubecenſium fuere crudeles & immaniſſimi. Nam media
in pace bellum toties geſſere, Pyraticam exercuere tot fœ-
dera, tot pacta, tot conuentiones fregere, pre impotenti ira
omnia demoliti ſunt, Bornholmum arcem euertere, Buron
diam uaſtauere, Bergenſem Epiſcopum exegere, Alteram
trucidauere, & hæc omnia cum pacem eſſe ſibi cum Danis
ipſimet fatentur. Talia ſi poſſint in Sereniſſimum regem
retorqueant. Neq; coacti ſunt memoria ſacramentorum
Imperio preſtitorum, Quæ enim eſt illa memoria? Imperiũ
iuſſit a bello abſtineri indicta pæna, Cæſar aperte comiſſa-
rium rei & cauſæ audiendæ dederat, non bellum mandaue
rat inferri. Porro quæ ſunt ſacramenta imperio preſtita?
Contempſiſtis enim tot Cæſares tot eorum mandata abo-
minati eſtis, quid uero ſacri Rhomani auxilium a uobis ab
fuiſſe conquerimini? Cauſam audiendam mãdauerat im-
perium non rem bello exequendam. Inuictiſſimus Cæſar
erat in Hiſpaniis. Quid ad uos? Niſi forte quod malitis illũ
in manibus confœderati uobis regis Franci eſſe. Sacri Impe
rii ſatis fuit negocii conſulere, quid de Turcha agendum
eſſet. Mentimini, quem enim dimiſit idem regimen citra
adminiſtratã iuſtitiam? Neq; enim tam id curæ fuit, quod
uos dicitis, q̃ Germaniæ recte adminiſtrata iuſtitia conſule
re. Miſerat Illuſtriſſimus rex Nurimbergam oratores ſuos,
qui iure agerent, Lubecenſes auté ad toties deſyderata arma
conuerſi, dum res in iudicio pendet, cum Cæſareũ id illis
regimen interdixiſſet, Illuſtriſſimum regem omnibus reg-
nis ſpoliauere. Itaq; non pro ſe ſoli, ſed pro toto Imperio
bellum aſſumpſiſtis. Sed quid commiſit in imperium Sere
niſſimus rex? Iudicio ſtabat & hoc imperii. Principes iudi-
ces uoluit, & hos imperii. Deniq; ſe totum imperio ſubmi-
ſit. Vnde ergo audetis pro imperio a uobis bellum geſtum
eſſe dicere? Porro quis ut pro imperio bellaretis iuſſit? Bel-
laſtis

Si poſſint Lu-
becenſes in Se
reniſſimũ re-
gẽ talia retor-
quere retor-
queant.

Lubecẽſes Cę
ſarẽ quẽ ſem-
per contemp-
ſere conquerũ
tur in Hiſpa-
niis fuiſſe quia
illi mallent in
manibus Frã
corũ illũ eſſe.

Sereniſſimus
rex nihil in im
periũ unq̃ cõ-
miſit ſed Lu-
becẽſes ſemp
repugnarunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Quomodo lu becenſes ꝓ im perio dimica- runt non augẽ do ſed deſtruẽ do.

Imperiũ non bellat pro libi dine vt Lube cenſes ſed iu- ſte nõ citra ra tionem.

Lubecẽſes ic- to cum Fran- cis fœdere ab imperio uolũt abalienari.

Illuſtriſſimus rex principes nõ deſyderat habere inimi- cos ſed amicos non quemad- modũ Lube- cenſes.

Impudens mẽ daciũ Lubecẽ ſium quod de principib9 cõ miniſcuntur.

laſtis autem uere quidem pro imperio,ſed pro exuendo eo, non autem augendo. Alioqui cur imperii arbitrio ſubiuga ta a uobis regna non credidiſtis? Cur ignoto principi,& qui ſemper Franco regi confœderatus fuit, citra Cæſaris aut im perii aſſenſum, Daniæ regnum tradidiſtis? Scilicet non ue- remini pro libidine ueſtra geſtum bellum, pro imperio ge- ſtum dicere? Non bellat enim pro libidine imperium, ſed æquum cuiq; ius diſpenſat, neq; tam perfidorum hominũ propugnatione eget,ſed cuncta iuſticia moderatur, Vitam fortunamq; omnem non paruo in diſcrimine ponentes. Cur ergo citra negocium arma induiſtis? Ne ab imperio tam inſignes urbes alienarentur. Atqui hoc agitis icto cum Francis fœdere,quod nũquam auſus eſſet Sereniſſimus rex ueſtris uiribus ſemper impar,ſed iuſticia ſuperior. Sed & illo genere prauiſſimi quiq; & ſceleratiſſimi ſuperiores ſunt. Vos ab imperio diſceditis cum commiſſarios ab imperio delegatos contemnitis, Principes fruſtramini, clariſſimorũ hominum preſtolationem fallitis, cum fœdera, pacta, con- uétiones, literas, ſigilla, ſyngraphas, deum deniq; pactorum teſtem execramini. Pro his ſi imperium & Cæſar uobis gra ciam debeant, principum arbitrium eſto. Nam quod de Lu beka manu tenéda imperii & Cæſaris maxime interſit edo- cent ea quæ in imperium machinantur, quæ in Cæſarem decreuere cum Francis, quæ in omnium principum aper- tam perniciem ſtatuere. Neq; uero ut Danis pareret unquã laboratum eſt, neq; uicinos principes inimicos habere de- ſyderat Illuſtriſſimus rex, ſed omni illos officio deuincit, Cum Lubecẽſes ſua illa tyrannide apud omnes promiſcue ſibi inuidiam conflant. Teſtantur hoc principes Germani, cum quibus ſæpenumero, citra omnem rationem inique geſſiſtis. Neq; uero ut Germani principes Danis ſubiugaren tur unquam elaboratum eſt, tantum abeſt, ut id Daniæ rex uehementer ſiciat. Contentus fuit ſuis, & uos ne ſua ſibi in- tegra eſſent, effeciſtis. Quinimo potentiores ſunt Germani q̃ ut tale quid ſibi timere debeant, quã q̃ non paulo ſpecio- ſius eſſet

ſius eſſet regibus q̃ mercatoribus parere. Imperatoris autem filiam Illuſtriſſimã principem Margarytham quo animo audetis in partes trahere? Neſcitis enim quantum illa patri, quantum nepoti debet? aut non putatis illius adhuc ludibrium ueſtrum menti inherere? Aut creditis neſcire illã ꝗ uos Maximilianum patrem, Carolumq́ꝫ nepotem palã & aperte aſpernamini? Eſtimatis uero cum Illuſtriſſimi regis calamitatem intuetur non ingemiſcere, optimam principem? & dolere, tantum uicium mercatoribus ſupereſſe, ut regibus exitium palam intentent? Et ingemiſcit ſane ut crebris literis ſignificat, Neq́ꝫ acceſſura eſt ueſtris fraudibꝰ quas & illa plane nouit in totius Germaniæ exitium uergere. Quid uero adhuc faceret? Non dum ueſtris fraudibus finis aduenit, qui ubi demum adfuerit, tum in mentem reducite durum eſſe cum lapide magnete contendere. Neq́ꝫ autem tantum gratiæ falſo huic ueſtro epilogo ineſſe poteſt, ut homines in partes traducatis. Nouiſtis enim ueritatem ubi emerſerit, ſemper uictricem eſſe. Malum autem quod primũ ſeſe prodidit, tum demum aperte cognoſci. Illuſtriſſimum regem primum tribus maximis regnis ſpoliaueratis, deinde & libris diffamatoriis laceraſtis, priuſquam ille tot indigna a uobis paſſus unq̃ uoluerit reſpondere. Maluit enim male apud omnes homines audire æqua in cauſa, q̃ in iniqua ab omĩbus extolli. Proinde quorſum hæc uergant, uos tandem conſyderare decet Lubecenſes. Non ſemper agit ultionem ſcelerum cõfeſtim deus, ſed tarditatem, ſupplicii grauitate compenſat. Inducite in animum quoties deſtructæ ſint hoc pertinaciæ generæ nobiliſſimæ urbes, Quarum uos ut gloriã uideri uultis æquare, ita calamitatem uereri debetis ne communem incurratis.

Quomõ audeant Lubecenſes Margarythã in partes trahere cũ probe ſciant illam prudenciorem eſſe q̃ ꝗ citra rationem impelli poſſit

Lubecẽſes tãdem cauere decet ne in ſe redundet ſcelerum ſentina.

Magnę urbes deſtructę quarũ gloriã ut lubecenſes uideri uolũt ęquaſſe, ita timendũ ne calamitatũ participes demum ſint.

## LVBECENSES.

ET quamuis poſt inceptum bellum Illuſtriſſimi D. Marchio Brandeburgenſis Princeps Elector, & D.

P Albertus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Albertus dux Magnopolenſis ſe rebus componendis ingeſſerint atq; utrimq; conuentũ ſit, non potuit tamen, ut tum res erat, inceptum bellum dimitti, cum in fide faciunda tota difficultas rei hereret, attamen potuiſſet D. Elector, & ipſi regi & Lubecenſibus in hoc negocio aliter opitulatus fuiſſe, & ne utrimq; in has tetras conditiones incidiſſent, precauiſſe. Sed ualeant iſta &c.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c, Regis ad ſupradictum Lubecenſium articulum Reſponſio.

Reſponſio ad omnia a Lubecenſibus, poſita.

TAles pacis amatores ſunt Lubecenſes, ut cum ab Illuſtriſſimis principibus ad pacem requirerentur inceptũ citra diffidationem bellum, non potuerint dimittere. Fatentur idipſum, & tamen ab imperio gratiam ſibi deberi putant q̃ amiciſſimum imperio regem, omni ditione ſpoliarint. Venere hi principes Lubecam, præſcriptæ ſunt conditiones, Intermedio tempore dum eas Illuſtriſſimus rex acceptaret, in Burondiam inſulam traiecere, Bornholmum demoliti ſunt, Scaniã uexauere, Hafniæ interminati ſunt. Conuentum eſt igitur utrimq;, rex pacem uolebat, uos bellum inceptum non poteratis dimittere. Non ergo ueſtras urbes in ſeruitutem redigere in animo habuit Illuſtriſſimus princeps, qui in pacem componendam hos principes euocarat. Cur ergo precedenti articulo tale quid anniſum illũ fuiſſe efficere mentimini. Et merito ſane nõ potuit, ut tum res erat bellum dimitti, quando ita res erat q̃ omniũ animos a Sereniſſimo rege auerterant, & populum ut ſacramẽtum exueret induxerant, fatentur ergo ut tum res erat bellum non potuiſſe dimitti. At quare non potuit? rex uolebat dimitti, Cur ergo uos ſi pacis auidi eſtis non dimiſiſtis? Sed non permiſit innata pertinacia, Hortabatur rex Francus ut fortiter inceptum adimpleret, ne forte Illuſtriſsimo Cæſari ſubſidio claſſem rex Danus tranſmitteret, quod futurum

Lubecẽſes apte fatentur a ſe bellũ non potuiſſe dimitti cum tamẽ nõ ueriti ſint Sereniſſimo regi aſſcribere tãq̃ eis defẽſionis cauſam attribuiſſent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

turum ſciebat ſi in Suetia res tráquillæ fuiſſent, & uos non bellum intuliſſetis Lubecenſes. Sed & uolebatis oſtendere neruum & uires uobis eſſe,quibus non ſolum tutari uos,ſed & aggredi opulentiſsimos reges auderetis. Deniq; uolebatis eo in rege,ut in Caribus audaciam & fortunam ueſtram ex periri,ut demum hoc proſtrato in alios promiſcue impetũ conuerteretis,& nobilitatem omnem exterminaretis,& illi execrabili democratiæ originem faceretis. Itaq; res ut tum erant non permiſere pacé fieri, in quá Illuſtriſsimi princi-pes tantis conatibus anniſi fuerant. Sed erat uobis expellen dus rex,oportebat fœderum obliuiſci,quod ſemper feciſtis, Decuit hoc Franco regi beneficium preſtare,ut Cæſarem maioribus negociis inuolueretis & a bello ad fratris reſtitu-tionem compelleretis. Obtemperandum erat libidini, cui nunquam non obtemperatis. Dandum hoc auaritiæ, ut opulentiſſima regna ſordidi mercatores occuparetis. Ten-tatum eſt ab optimis principibus,ſi emolliri poſſitis. Om-nem lapidem hanc in rem euoluerunt & fruſtra, Quando adhuc Illuſtriſſimum Ioachimum electorem imperii inſi-mulare non ueremini,tanq̃ non proſpexerit,quid in utrius ꝗ partis cauſam pertineret. Et non perſpexit ſane ut uos putatis,quia cognito Sereniſſimi regis iure prudentiſſimus princeps, ut bello abſtineretis conſuluit. Quod innata uo-bis libido fieri permiſit. Cõſuluit egregius princeps,ut ſcrip tis ſtaretis,Id autem quia nunquá facitis, indignum uiſum eſt nunc primum efficere,Ne timore ſuperbi homines a bel-lo deſtitiſſe uideremini. Mauultis enim citra ius & æquum uictores eſſe,q̃ quietam & placidam uitam ſine iniuria trá-ſigere, Conſuluit ne bellum eo genere continuaretis, ꝙ ti-mendum eſſet ne tandem ſua ueritati lux affulgeret. Sed fruſtra hæc omnia. Quando neq; ius,neq; fœdera,neq; tan-torum principum conſpectus,uos deterrere potuerũt,quo-minus Sereniſsimum regem extorrem ageretis, tetra ſane conditione ſed uobis glorioſa ꝙ de nobilitate euicta pri-mi merito poſſitis triumphare, Sed ualeant iſta, quando

Cur regiã pacem noluere amplecti.

Lubecẽſes ut regi Francorũ beneficiũ preſtarent regem Chriſtiernũ expulere.

Sordidi mercatores reges eſſe volunt.

Illuſtriſsimi principis Ioachimi Marchionis Brandeburgenſis Electoris imperii prudentia.

Lubecẽſes merito triũphare poſſunt de nobilitate exciſa iam ẽ primã aciem proſtrauere expulſo rege.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Lubecenſes a ſulphuratis ad diademata p̄uenere.

## Lubecenſes a Sulfuratis ad diademata peruenere.

## LVBECENSES.

NOn debet tum Lubecenſibus imputari, ꝙ ſeſe cum domino Fœderico Duce Holſatiæ D. & uicino & ſacri imperii principe colligarint, Ipſe ſaltem Dux ſeu electus rex cauſas ſuas & neceſſitudinem celſitudinibus ueſtris tam notas fecit, uel facturus eſt. Nec minus tacitum manebit quid cauſæ Iutas ad defectionem ſollicitauerit. Neq̧ Lubecenſibus impingi debet, ꝙ ipſi eos ad defectionem ſollicitarunt cum ſuo tempore literis doceri poſſit. Iutas cauſas defectionum & noui regis electionis Lubecenſibus ſcripſiſſe.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c. Regis ad ſuppradictum Articulũ Lubecenſium Reſponſio.

Conſcius animus perfidiæ nunq̃ quiet⁹ eſt.

ET non ab re ſane receptum eſt, conſcios animos perfidiæ nunq̃ tutos eſſe, nunquam quietos ſubſiſtere, Vrgentur em̄ a ſemper rodente uermiculo, qui omnia illis dubia, omnia intranquilla facit. Timuere Lubecenſes & uere timuere, ne occaſionem dicerentur preſtitiſſe, ꝙ ſacramentum Iutæ exuiſſent, quod Illuſtriſſimus Holſatiæ dux aduerſus nepotem arma corripuiſſet. Proinde culpam uolunt anticipare. Quaſi non ſit longe compertiſſimum, aut ducem ipſum, aut Iutas nihil unquam auſuros fuiſſe aduerſus Sereniſſimum regem, niſi Lubecenſium & confœderatarum urbium auxiliũ accederet. Quid uero eſt quod Iutæ literis ad Lubecenſes cauſam defectionis & noui regis electionis ſcripſerint, aut quid hoc ad negocium? Nam ſcribere quidem potuere. Cur enim odium concipiatur faciles inuentu rationes ſunt. Neq̧ tamen hoc excuſat quominus a Lubecenſibus ad defectionem compulſi ſint. Satis eſt in

Iutę nunq̃ auſi fuiſſent rebellare niſi lubecenſiũ fœdera acceſſiſſent.

Cur odium inueniat cauſas cui ſemper.

hoc

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

hoc nefando actu oſtendiſſe, magnum Lubecenſibus emo-
lumẽtum fuiſſe, in ſollicitando Illuſtriſſimo Holſatiæ du-
ce, & Iutis ut deficerent compellendis. Deinde neq; ducem
neq; Iutas tale quiddam unquam attentaturos, niſi uali-
diſſimo obligandi genere ſeſe illis Lubecẽſes deuinxiſſent.
Nam cum uiderent animorum inter Sereniſſimum regem
Chriſtiernum & Holſatiæ Ducem manente concordia, im-
poſſibile ſibi eſſe conceptũ, aduerſus regem uenenum euo-
mere, callidi homines a lupis (ut fabula eſt) calliditatem
mutuati, imprimis alterum ab altero dirimere ſtatuerunt,
facilius ſingulos q̃ utrũq; deuoraturi. Et facile fuit aliquid
iniicere quo animorum diuortium fieret. Neq; enim unq̃
conquerendi deeſt occaſio. Itaq; hoc ſibi agendum rati, Il-
luſtriſſimi ducis conſiliarios corrupere, per quos egregius ſe-
nex miſere inductus eſt, decrepita iam etate res inauditas
moliri. Accedebat ꝙ unione regni perſeuerante nihil agere
poterant aduerſus regem, quo illius poteſtatem labefacta-
rent, unde non ſolum utile id illis fuit, ſed & neceſſum. De-
mum quid aliud indicant coniunctæ uires coadinita conſi
lia paribus auſpiciis geſtum bellum? Porro Illuſtriſſimo du
ci neceſſa fuit ea Lubecenſium amicitia, ꝙ ſuis opibus lon-
ge impar futurus eſſet etiam ſi attentaret, quod nobiliſſi-
mum uirum nunquam facturum fuiſſe citra illorum ho-
minum pertinacem impulſionem Illuſtriſſimus rex probe
cognoſcit. Sed hæc longe copioſius Illuſtriſſimus rex in ſua
aduerſus Iutas & Holſatiæ ducem excuſatione oſtenſurus
eſt.

Neq; Illuſtriſſimus dux neq; Iutę unq̃ auſi fuiſſent rebellare citra Lubecẽſiũ fœdera.

Semp aliquã occaſionẽ deferendi eſſe quẽ uelis.

Vnione Danici regni perſeuerante impoſſibile fuiſſe Lubecenſib⁹ regẽ exigereq̃re anitendũ fuiſſe vt plebis animos diuerterent & principes regni abalienarent a Sereniſſimo rege.

## LVBECENSES.

NEc debet Lubecenſibus imputari ꝙ ipſe rex regna ſua ſine neceſſitate & preſſura deſeruerit, immo potius ſuæ regiæ dignitati, quæ ita omnium ſubditorum iras in caput ſuum concitauit, ut formido eſſet diutius apud illos conuerſari.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

# ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI
## Daniæ Regis ad ſupradictum Lubecenſiū Articulum Reſponſio.

Lubecēſes ſubditos in regē animarunt.

LVbecenſibus imputandum non eſt ꝙ rex regna deſeruerit, ſed ſubditis. At quis ſubditos in regem animauit niſi Lubecenſes? Communi utilitati regni

Illuſtriſsimi Daniæ Regis Chriſtierni facta.

ſemper Sereniſſimus rex conſuluerat, Stapulam in Hafnia uolebat erigere ut & Dania opulentior redderetur, Suetiam Danico imperio coniunxerat. Tot ſplendidis uictoriis clarius gentis nomen reddidit. Quæ erat ergo formido a ſuis niſi ꝙ eos Lubecenſes ad omnia mala occulto dei iudicio pepulerant? Nōne iam priuſq̃ excederet magnā regni partē illi ademeratis? Nonne obſidionē Hafniæ minabamini? Et noluit tamen Sereniſſim9 rex belliū gerere, Iure contendere

Non eſſe mali principis ſignū ꝙ aduerſū ſe Chriſtiern9 rex plebē excitauit.

uoluit, legibus ſtare, principum authoritati ſuam cauſam committere, unde factum eſt ut regna deſeruerit. Putatis uero mali principis iudicium eſſe, ꝙ plebem aduerſus ſe excitauit? At dicite, bonis quod cum malis commercium eſſe poteſt? Nōne & optimi quiq; ſemper a populo expulſi fuere? Exempla requiritis?

Camillus.

Camillo quid poterat commodius eſſe Rhomanæ reipublicæ? Cariolano quid preſtantius?

Scipio Africanus.

Quid Scipione Aphricano, quid & altero melius? & tamen a plebe expulſi fugatiq; ſunt, & in exilium indignum remiſſi.

Themiſtocles

Rurſus Themiſtocle, Socrate, Alcibiade, quid fortius? Et tamē quam a plebe gratiam retulerint, in comperto eſt.

Demoſthenes

Demoſthene quid admirabilius? Et tamē plebis furiis ſuccubuit.

Optimus quiſq; ſemper plebi ſuccubuit.

Deniq; ita uſuuenit ut nunquam optimus quiſq; plebi acceptus eſſe poſſit, cum qua nunquā niſi quanto quiſq; ſceleratior eſt, tanto magis conuenire poteſt. An neſcitis belluam multorum capitum appellari?

Populus quō a Demoſthene quō a Pherecyde et Phocyllide vocetur.

Tum a Demoſthene monſtrum peſſimum, a Phocyllide irretentibile, ab eoq; cum igne & aqua quæ omnia promiſcue deſtruunt, conferri? Itaq; uirtutis ſignum eſt non maliciæ. Nullus enim illi hominum generi gratior eſt, q̃ qui optime poſſunt impo-

nere.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

nere. Vnde uobis facile fuit efficere, ut illius capiti inſidias ſtrueretis, Sed bonitatem & maliciā non ueſtrum eſt iudicare Lubecenſes, Deus arbiter eſt. Is demum oſtenſurus eſt tandem quāto minus illi ſuperbia diſplicet, q̄ falſo iactatæ uoces & ſparſa in uulgus diffamatoriorum libellorum tam ingens copia. Noſſe uos conuenit quid in eum ſancitum eſt, qui fratrē ſuum Racha nominauerit, Noſſe uos oportet & malis quoq; regibus obediendum eſſe, quod Paulus ait, ut ſi forte reſipiſcant gratum deo officium ex pacientia preſtitum ſit, Sed hæc Christus iudicet.

Plebi optime acceptos eſſe q optime poſſunt imponere et decipere.

Videte hęc lubecenſes.

## LVBECENSES.

ORat & petit Senatus Lubecenſis maiore, quam poteſt inſtantia, & q̄ humillime ueſtras celſitudines & gratiæ dignentur ſolita in omnes humanitate & prudentia iſta attentius conſyderare, quam per me craſſiore, ut aiunt, Minerua, dicta propoſita & ſcripta ſunt. Si forte Illuſtriſsimus rex querelis ſuis Lubecenſes preueniſſet, atq; animos ueſtros in Lubecenſes concitaſſet. Sed ea eſt ueſtra integritas & ſyncera conſcientia ne temere quicq̄ de quoq̄ ſtatuatis. Obſecrant igitur maiorem in modum quæ dicta ſunt attente conſyderare dignemini, ſimul quod ſuprema neceſſitas Lubecenſes iam multis cladibus & erumnis defeſſos in hanc truculentam conditionem & miſerandam rerum faciem deduxerit, & quod nulla alia uia q̄ defenſionis quam omnia iura admittunt, quo ſeruitutem & exitiū euaderēt ipſis reliqua fuit. Et ea propter mercatores eorū in iis patriis negociantes commendatos habere manutenere & defendere, eorū priuilegiis uti & libere gaudere, permittere. Lubecenſes omni gratia proſequi contra ipſos, & predictos eorū mercatores nihil ſtatuere, ſed opem, auxiliū & fauorem preſtare, quo ſeſe in imperii finibus tute tueantur benefacturæ, & Cæſari & imperio cuius res agitur, ſi hæ preces apud ueſtras celſitudines locum mereantur, & hoc ip-

ſum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſum Lubecenſes,quorum humilem exhibitionem hic repeto totis uiribus erga illuſtres gratias & ſublimitates ueſtras conabuntur promereri.

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c. Regis ad ſupradictũ Lubecenſiũ Articulum Reſponſio.

Supremã neceſſitatẽ bellã di iterdixerãt Lubecenſibꝰ Cęſarei regiminis principes ſub ingẽte pęna.

SVprema neceſſitas nulla fuit,idipſum faſſi eſtis cum Illuſtriſsimi Marchionis Electoris meminiſtis, ubi non potuiſſe tamẽ ut res erãt pacem fieri aperte aſſeruiſtis. Itaq; & iſtam ſupremam neceſsitatem uobis interdixerant Germaniæ principes, ipſumq; Cæſareum regimen, quod ſub pœna bis mille librarum auri puri iuſſit,ut a bello abſtineretis, & iudicio ſtaretis,cum idem faceret rex, & facere noluiſtis. Non ueremini ergo ſupremam neceſsitatem ex animi ueſtri libidine facere? Porro quibus cladibus eratis defeſſi? Nullum uobis illatum bellum erat, quæ ergo clades ueſtra fuit? Vos preueniſtis,rex ceſſit, & clades illatas uobis audetis mentiri? Quis non mirabitur hic impudentiam ueſtram? Clades uobis dicitis illatas cum bellum non fecerit rex, neq; illatum adhuc propulſauerit. Mirum eſt ſane ꝙ non pudet uos tam aperti mendacii. Sed quæ uia erat defenſionis? uos oppugnaſtis,rex ceſſit,ſi iſta defenſio eſt, quæ erit oppugnatio? Defenſionem iura admittũt, non autem ut citra cauſam oppugnatio fiat. At dicite,Si cum cauſa Sereniſsimum regem oppugnaſtis,cur ſacrum Cæſareum regimen ne bellum cum rege gereretis ſub bis mille librarum auri puri penſione interdixit? Omne bellum hic interdicitur,quanto magis oppugnatio? Num uidiſtis mandatum, Num uobis legitime intimatum eſt? Cur ergo iure geſtum eſſe hic audetis dicere? Sed ita eſt ut uos dicebatis, iudicium uobis nullam curam eſſe, Arma facile oſtenſura quis uiribus polleat. Iſta uobis uia fuit, non illa neceſſaria. Alioqui cur pacem uoluiſſet rex? Cur aduenîſſet Marchio? & uos

Clades Lubecenſes fingũt ſibi illatas eſſe cũ nullum illis bellum indictum fuerit ſed ipſi citra defenſionẽ oppugnarũt.

Omne bellũ interdictũ fuit Lubecenſibus a ſacro Cęſareo regimine in Nurimberga.

Rege pacẽ q̃rente Lubecẽſes ad arma uenerunt.

ipſi

ipſi faſſi eſtis ut res tum erāt pacem fieri non potuiſſe,non regis,ſed ueſtra culpa. Nam ille pacem toto animo expetiit uos neq; Cæſareo regimini,quod uobis arma interdixerat, neq; paci ſtare uolebatis.Quomodo ergo ſeruitutē ut euaderetis defenſionem ſuſcepiſtis?Non pudet toties mendaciū inculcare?Et in eam rem queritis opem,auxilium , & fauorem?& ut in imperii finibus tute uos tueamini imploratis? Scilicet id a quibus poſtulatis?Nonne ab his quos toties cōtemſiſtis?Aduerſus quos Francis auxilium fertis? Quorum conſilio hoſtibus indicatis?Sed uobis opus non eſt , ut opē, auxilium,& fauorem poſtuletis.Nam potentiores eſtis,q̄ ut eo auxilio indigeatis. Oſtendiſtis hoc egregia cōmutatione dum cum tabernis regna commutaſtis. Dum ex mercatoribus principes,ex uſurariis & publicanis reges deuenitis. Et iſta ſane uobis ſint, dummodo tandem in ius,in leges animum conuertatis,& aliquantum finem perfidiæ imponatis,ut tum non diuites magis & opulenti , q̄ boni & iuſti uideamini.

A quibus Lubecenſes auxiliū poſtulāt.

Lubecēſes cū tabernis regna cōmutarūt

## LVBECENSES.

Quæ omnia poſt humilem & paratiſſimam omniū obſequiorum exhibitionem petuntur ab inuictiſſimo potentiſsimo & Sereniſsimo rege, non pari ſed maiori inſtantia & q̄ humillime.

## ILLVSTISSIMI D. CHRISTIERNI Daniæ &c. Regis ad ſupradictum Lubecenſium Articulū Reſponſio.

Quid uero poſtulant a Sereniſſimo rege? Iuri ſtare? paratus eſt & ſemper fuit.Reſtitutionem? At omnia habēt regnum,opes,uires,conſilia,populum. Rex extorris eſt,ipſi in locum eius ſucceſſere.Iſta eſt humilis,iſta eſt paratiſsima omnium obſequiorum exhibitio. Et putant hanc Illuſtriſſimæ Margarithæ gratam eſſe?Et non potius cogi-

Quę humilis eſt Lubecenſiū obſequiorū exhibitio.

Illuſtriſſimæ Margarythæ prudentia.

Q tare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tare Illuſtriſſimam principem, iſtorum maliciæ finem aliquem tandem adfuturum.

## LVBECENSES.

**Ma. V. erit factæ excuſationis non immemor.**

## ILLVSTRISSIMI D. CHRISTIERNI Reſponſio.

Qua impudẽcia Lubecẽſes excuſatum iri putant quod tot ſcelera aduerſus imperium commiſerint.

Quæ eſt iſta excuſatio? Ita enim putatis excuſatum iri, ꝙ regem Chriſtianum expuliſtis? ꝙ Cæſarem Sacratiſſimum Carolum contempſiſtis? ꝙ Sacrum Cæſareum regimen abominati eſtis? ꝙ nobilitati excidium, uirtuti exitium, mediramini? ꝙ populum a ſacramento, ſubditos a regibus, auertitis? ꝙ Suetiã miſſo preter fœdera Guſtano, in rebellionẽ incitaſtis? Daniam abalienaſtis? Sereniſſimo regi mortem intentaſtis? In illius uxorem Illuſtriſsimam principem Sacratiſsimi Cæſaris Caroli Illuſtriſsimiq; Ferdinandi ſororem, ius uendicaſtis? Nulla fœdera, nullas conuentiones, nulla pacta, nullas ſyngraphas, obſeruaueritis? Semper iuri ſtare recuſaueritis? Tot diffamatorios libellos, iniuſte & preter omnem ueritatem emiſeritis? Illuſtriſſimum regem apud omnes homines traduxeritis? & hæc omnia nulla ratione, nulla cauſa. Oſtendunt id iſti a uobis emiſſi articuli, in quibus multum impudentiæ, nihil autem ueritatis habetis. Indicent hæc omnes reges & principes, omnis ſtatus, conditio, ſexus. Nam omnium arbitrio Sereniſſimus rex palam & aperte ſe ſubiicit, Precatur ut nulla ſuæ dignitatis ratio habeatur, niſi iure omnia trãſegerit, ob quæ expulſum eſſe a ſordidiſſimis mercatoribus grauiſſime conqueritur. Deniq; impune ſit Lubecenſibus tot Cæſares contempſiſſe, tot nefanda perpetraſſe, nullis unq̃ pactionibus ſtare, toti Germaniæ uim inferre, omnium populorum opes exhaurire, omnia regna ſubuertere, in Cæſarem conſpirare, nobilitati excidium parare, Francos opibus, pecunia, uiribus, cõſilio, adiuuare, Ad Gheldriæ ducem, auxilia, milites & opem

Epilogus ſcelerũ Lubecenſium.

Illuſtriſſ. rex omnium arbitrio hęc legenda ſubiicit vt omnes de cauſa ſuę Serenitatis iudicent.

Lubecẽſes emiſere milites ſuos ad Ducẽ Gheldriæ q̃s quidẽ milites Comes Idzardus in Cęſaris partes traxit anno M. D. XXIIII.

aduerſus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

aduerſus Cæſarem tranſmittere. Nam & hoc anno M.D.XXIIII. deuicta Dania egere, ſed a Phryſio comite Idzardo in Cæſaris partes pertracta fuere auxilia, quas Lubecéſes ad Gheldros emiſerant & aduerſus Garolū Cæſarem aſſumpſerant. Omnes mortales iniuria laceſſere, aperte & impudenter mentiri. In ſumma, omnia nefanda perpetrare, Latrociniis, aperta ui, media in pace graſſari, modo ſuum ius Sereniſſimo regi permittatur, & illius cauſa citra omnem aſſentationem tractetur, pleno iure, ut moris eſt. Precatur & poſtulat per iuſticiam ut temere nemo iudicet, niſi qui utramq; partem audierit, neu fidem adhibeant his, quæ promiſcue in uulgus ſparguntur. Quibus tantum ingeritur mēdaciorum, quantum ſordidiſſimus quiſq; poteſt comminiſci. Id ſuæ innocentiæ ſat magnum ſignum eſſe, ꝙ neminem prouocatus laceſſierit, ſed paſſus ſit ſemper hæc in uulgus citra omnem rationem ſpargi, probe cognoſcés neminem perfidorum hominum linguam euitare poſſe, quæ in omnes promiſcue debacchatur. Cum neq; Chriſtus Iheſus dū uiueret humano in corpore, huius mali expers fuit, ſed in nomine dæmoniorum &c. Belzebub operari diceretur. Quanto id minus mirum eſt, quod Sereniſſimus rex ab iſtorum uirulentia immunis eſſe non potuerit. Qui nō contenti opulentiſſimis illum regnis ſpoliaſſe, famam & nomen citra omne meritum labefactare conantur, indigna obiicientes Chriſtianis hominibus, & a nemine unquā ſat ferenda, cui Chriſtiana pietas curæ fuerit. Interea omnibus regibus & principibus meliorem q̄ ſibi acceſſerit fortunam, Precatur Illuſtriſſimus rex, neue cum talibus hoſtibus illis negocium ſit, tota mente exoptat.

Illuſtriſſ. Rex cauſam ſuā citra omnē aſſētationem tractari vult & poſtulat ꝑ iuſticiam.

Petit rex ne diſſamatoriis libellis aduerſus ſe ſparſis fides adhibeat, ſed cauſa ſuæ Serenitatis in iudicio maneat.

Non mirum eſſe ꝙ multa mala de rege fabulētur hoſtes, cū de chriſto Iheſu phariſei multa dixerint, deinde mali ſemper mala loquantur.

Illuſtriſſ. Rex precatur meliorem fortunā omnibus regibus & principibus q̄ ſibi acciderit a tā infeſtis hoſtibus.

Cornelius Scepperus
Nouiportuenſis.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

## CORNELIVS DVPLICIVS SCEPPERVS Nouiportuenſis Senatui Oppidoq; Lubecenſi ſaniorem mentem.

DVm ex Sacratiſſimi Cæſaris Caroli Quinti, Inuictiſſimiq; Henrici Angliæ & Franciæ regis fidei defenſoris &c. & Clariſsimi Ferdinandi Archiducis, aliorũ item principum, ſententia, Hamburgi ad Albim de reſtitutione Illuſtriſsimi principis D. Chriſtierni, Daniæ &c. regis ageretur, accepimus ex his quos eo principum authoritas tranſmiſerat, pleraq; uos infanda & enormia, in non uſq; adeo contemnendum regem, effutiiſſe. Tametſi uero ex his, quæ Illuſtriſsimæ Margarythæ in Brabantis obtuleratis, quibus pridem ex Sereniſsimi regis mei mandato reſponderam, ſatis perſpectum haberem ingenium ueſtrum, cognoſceremq; ex profeſſo, nobilitatis hoſtes eſſe uos, nunquam tamen in id dementiæ progreſſuros exiſtimabam, ut Sacratiſsimi Cæſaris, maximorum regum & principum authoritatem ludibrio haberetis. Ab his quæſitum eſt, ut Illuſtriſsimum regem Chriſtiernum reſtitueretis, & reſpondiſtis malle uos Turcam, Ruſſum, Tartarum, & inimiciſsimos imperio & eccleſiæ Catholicæ, hoſtes inducere, Eam autem uocem num putatis aliquando, ad Chriſtianos principes delatam iri? Et deferetur ſane magno ueſtro malo, ſi tamen ſat magnum, iſti ueſtræ rebellioni infligi aut aduenire poſſit, effecturaq; eſt ut qui pridem cauſæ ueſtræ non aduerſabantur, nunquã magis plane ſint patrocinaturi. Quid ẽm per deum immortalem dicere, aut facere magis impium potuiſtis? Cæſarem paſſim ingeminatis, Vrbem ueſtram Cæſaream undiq; proclamatis, & tamem qua in re Cæſarei ſitis, non uideo, Niſi quod ubiq; Cæſarem & reges abominamini. Oblata uobis conditio eſt, honeſta ſane, & quam niſi ceci eſſetis, admittere uos decebat. Noluiſtis autem. Cum ſuam fidem Secratiſsimus Cæſar, Inuictiſsimus Angliæ rex Illuſtriſsimus Ferdinandus Archidux atq; alii principes interponerent, nihil priuilegiorum ademptum uobis iri, mo

do Il-

Karolus V. et Henricus octauus addietã Hamburgenſe legatos miſerũt anno dñi M.D.XXIIII. ut rex reſtitueretur & lubecẽſes noluerunt.

Infanda vox Lubecenſium & confœderatorum.

Cęſar fidẽ interpoſuit regẽ Chriſtiernũ non vlturũ iniuriã ſibi illatam modo reſtitueretur & noluerunt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

do Illuſtriſsimum regem Chriſtiernum in priſtinas ditio-
nes,& regna reſtitueretis aperte idipm inficiati eſtis. Enim-
uero quid requiritis? Regna principatus dominis? At tandē
meminiſſe uos conuenit,quo hæc iure uindicatis. Neq; em̄
ſemper impoſturæ ueſtræ, fucus pretexetur. Reuelabimini
aliquando Germaniæ expilatores, qui reges & principes
aſpernamini,Cum ut cauſas preſcriberetis exacti regis,urge
remini,reſpondiſtis explicitas eſſe uulgo,neq; oportere to-
ties hanc Crābē repetere. Simul uiſi ſunt libelli ueſtri pro-
ſtituti,quos lingua Germanica emiſiſtis,& illi tales, ut eorū
pudere uos poſſet, niſi Lubecenſes eſſetis. Itaq; neſciebam
ego prius,aliquid ex officina ueſtra prodiiſſe, quo factū eſt,
ut cum ad me libellus ille ueſter Germanicus deferretur,nō
parum admiratus ſim. Siquidem memineram latine prius
egiſſe uos apud Illuſtriſsimam Margarytham, & inuictiſsi-
mum Angliæ regem ,inſpexi tamen & perſcrutatus ſum,
num aliud aliquid q̄ Lubecenſe in ſe contineret. Et quoniā
latinis illis ueſtris obiectionibus,pro modeſtia mea, mitius
reſpōderam,id unum agebam tum,ut examinarem, ſi quæ
Germanicus ille fœtus ueſter, alia obiiceret q̄ latinus in ſe
continuiſſet. Inueni tamen breuiter obiectionum ueſtrarū
Triarios,in latinas copias coniectos eſſe. Niſi quod immo-
deſtiores eſtis Germani,q̄ latini,tametſi utraq; in parte ſitis
immodeſtiſsimi. Namq; iſthic ueterem ſyluam, & neſcio
quæ alia, Tum & Sueticā calamitatem, ingeminatis. Alibi
uero,regiam impietatem,& multa alia interſeritis. Iſta mo
deſtia ueſtra eſt,hoc ex negocio gloriam uobis immortalē
preſcribitis. Et preſcribatis ſane, neq; enim multum refert,
quid agatis. Nos interea ocioſi non erimus. Et quoniam
aduerſum nobilitatē uno animo inſurrexiſtis, pati uos de-
cet,ſuam cauſam nobilitas aduerſum uos, ut tueatur. Ad-
hærent exempla memoriæ,& doctius hoc ſeculum eſt, q̄ ut
tyrannidem ueſtram latius ſerpere permittat. Reſponde-
mus itaq; in preſentiarū,breuiter ad Germanicas obiectio-
nes,ſubinde indicantes loca ea, in quibus ſingula refutaui-

Libelli Lube
cenſiū aduerſ9
regem lingua
Germanica.

Quęcūq; di-
cta ſunt Ger-
manice ꝓ ma
xima parte ha
bentur latina
dēptis admo-
dū paucis ad q̄
Cornelius re-
ſponſurus eſt.

Syn kunnigli
che vngnade.

Reſpōdet Cor
nelius breui-
ter ad obiecta
Lubecenſiū.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

mus. Nempe quæ in reſponſionem ad articulos Illuſtriſsimæ Margarythæ exhibitos, reiecimus. Exigua ſunt, ueſtra etiam confeſſione, quæ in latinis articulis deſyderari poſſunt. Quandoquidem Germanicus libellus, tametſi a me

> Germānic9 libellus Lubecenſiū prodiit anteq̄; latin9 emiſſus fuit.

non uiſus, prodiit tamen non paulo ante Illuſtriſſimi regis fugam, Latini autem eandem ſubſequuti ſunt ad menſes plus minus duos. Ex quo dubium eſſe non poſſit, ſi quæ in latinis articulis deſyderantur, illa ueſtra etiam confeſſione, non poſſe niſi infirma & fragilia eſſe, tametſi non admodum remoror qualia ſint, facilem enim uictoriam mihi

> Facilia ſunt ad refutandū q̄ iſthic continentur.

pollicentur, Neq; admodum operæprecium exiſtimo longam in his prefationem contexere, ſolum uos conſyderare decet illatam iniuriam, atq; in bonam partem interpretari breuitatem meam. Per capita enim rerum diuagamur. Si poſthac copioſius uultis, ut impoſturæ ueſtræ prodeant, eia tandem in harenam hanc deſcendite, & quæ in uos conie-

> Lubecēſes abuſi modeſtia principum.

rimus, ſi poteſtis diluite, Sat iam crabrones irritaſtis, quieti manſere hactenus principes, & uos illorum modeſtia abuſi eſtis, ſupereſt ut quid iure poſſint experiamini. Vos inſontem regem Chriſtiernum tam indigne traduxiſtis, & reliquum eſt, ut is apud om̄es homines cauſam ſuam tueatur. Non deſunt qui in hanc rem operam omnem ſuam pol-

> Lubecēſes primi claſſicū cō cinuerunt.

licentur, debellanda nobis hæc hydra eſt, quæ non commēticias fabulas exhalat, ſed ius proprium recollectis uiribus defendit, Vos primi claſſicum concinuiſtis, quid reſtat igitur, niſi ut eo animo in certamen feramini, quo bellum acceptaſtis? Hoc facite tandem & ualete.

## SVMMARIVM EORVM QVAE IN Germanico Lubecenſium libello aduerſus regem Chriſtiernum continentur.

### LVBECENSES.

LVbeka Imperialis ciuitas eſt &c. Hæc omnia habentur in primo Lubecenſium articulo libro precedenti.

Reſponſio

## RESPONSIO.

SVperiore libro oſtendimus q̃ egregie Cæſarei ſitis Lubecenſes,neq̧ admodum neceſſarium eſt hic ea repetere. Cæſar Carolus Quintus miſſa legatione a uobis petiit Menſe hoc Maio,ut regem Chriſtiernum introduceretis, & cum nil niſi æquiſſimum offerret, parere tamen noluiſtis, Pollicebatur priuilegiorum immunitatem, atq̧ ea omnia, quæ deſyderare poſſitis,fruſtra tamen hæc omnia. Inuictiſſimus Angliæ Franciæq̧ rex Henricus,miſſo Aſſanenſi preſule Henrico uiro docto,& graui alteroq̧ Equite in idipſum elaborauit.Id Illuſtriſſimus Ferdinandus, Id Brandeburgēſis Elector Ioachimus clariſſimus princeps expetiit, ſed incaſſum omnia. Fidem hi omnes ſuam offerebant non recordaturum iniuriæ Chriſtiernum regem, paſſurum autē ut ex ueteri more & conſuetudine nauigaretis conſuetis uectigalibus & impoſitionibus perſolutis.Preclara hæc omīa, & honorifica uobis erant, non tamen admiſiſtis hanc requiſitionem.Dyploma a Sacratiſſimo Cæſare emiſſum eſt, ut Illuſtriſsimum regem Chriſtiernum reſtitueretis,Atq̧ hic ſi Cæſarei eratis morem geſſiſſe num conueniebat? Reliqua ſi deſyderatis adhunc articulū libro primo inquirite,Hic ordinem ſolum obſeruare uoluimus.

Carolus V. legationem miſit Hamburgū pro reſtitutione regis & non paruerūt, Idē Inuictiſſ. Angliæ rex.

## LVBECENSES.

REx Chriſtiernus Lubecenſes non ſolum uiolenta depredatione nautum & bonorum, ſed & diminutione priuilegiorum & detrimento,& exemptione iurium libertatem deſtruere eademq̧ omnia adimere, & Lubecēſem portum obſtruere,liberam eorum nauigationem, & negociationem per mare dimouere per ſuos capitaneos & deputatos in mari, re autem uera predones conatus eſt, & hæc omnia contra deum,ius,confecta fœdera,compacta, receſſus,ſcripta, literas & ſigilla. Tametſi uero illius regia dignitas Lube-



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tas Lubecam deſtruere uoluit, nolumus tamen illius regi-
am dignitatem aut alium aliquem his ſcriptis noſtris tra-
ducere, aut illius famam diminuere, quod omni in loco
atq; etiam hic aperte proteſtamur.

## RESPONSIO.

Violenta depredatio nauium, & bonorum ueſtrorum nulla fuit, niſi quantum ex fœderibus cautis licuit, ut pote quando naues ueſtræ Sueticis mercibus onuſtæ fuere. Priuilegia ueſtra diminuta non eſſe oſtendimus, Sed iure diminui potuiſſe ex eo, quod in Noruegia & alibi perpetraſtis facinore ex ueſtra etiam confeſſione. Cautum fuit enim ut rebelles, ſi qui eſſent in Noruegia coerceretis. Id autem tantum abeſt, ut feceritis ut ultro illis ſtimulum addideritis maiorum rerum perpetrandarum. Deinde in Suetiam nauigaſtis citra fœdera omnia, & promiſſiones. Lubecenſem portum, quod obſtruere uoluerit uos probare non poteſtis, niſi forte ad id alluditis, quod latine exprimitis, nempe ſtapulæ erectionem. Sed ad hoc reſpondimus, aliquādo potuiſſe ſcz regem Stapulam ſuis in ditionibus inducere, & quo minus faceret cautum fœderibus aut literis non erat. Liberam nauigationem ueſtram prohibere non potuit neq; uoluit etiam, in Suetiam tamen ut nauigaretis ſtante bello non permiſit, Fœderibus enim ne faceretis eandem, cautū erat, & Sacratiſſimus Cæſar aliquando conſenſit, & fœdera anno domini. M.D.VI. Deinde & ſeptimo inita prohibebant, quæ ſi deſyderatis præſto ſunt. Habuit itaq; in mari deputatos ſuos, Quid non haberet enim bello Suetico adhuc durante, deinde quid illi trium regnorū regi maris poſſeſſionem interdiceret? Ab his nunquam niſi iuſtiſſime uobiſcum actum eſt. Non inficiamur, naues aliquot ueſtræ interceptæ ſunt, ſed nō tam ueſtræ q̄ Suetorum, Si negatis, quod alias diximus eia in iudicium procedite. Vos, predones eos appellatis, qui regi ſuo ſtrennuam operam nauauerūt,

*Hęc omnia in prioribus ſūt.*

*Reſpōſio breuis.*

*Rex in mari ſuos prefectos cur non haberet.*

& liberū

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

& liberum eſt ſane ita uocare non cõtemnendos homines uobis,uti & mihi liberum eſt,uos ſanctos & religioſos uſurarios nuncupare. Hæc omnia contra deum fœdera &c. non fecit.Deum enim iudicem uocat,fœdera aperte habent,naues ueſtras Sueticis mercibus onuſtas,capi citra fractionem fœderum poſſe compacta , receſſus , ſcripta , literæ pro uobis ſunt. Si negatis, oſtenſurus ſum periculo meo, ne quid dubitare poſſitis. Tantum in iudicium deſcendite. Sed nos aliquando hanc rem copioſe digeſſimus. Vos regem traducere non uultis pii homines, qui eum regnis exuiſtis non uultis traducere. Scz enim exiguum id eſt Lubecenſibus. Hic dicite, num hæc aduerſus regem ſcripſiſtis? Num illi inuidiam apud omnes homines conflaſtis?Conflaſtis autem.Et hoc num traducere eſt?Hoc iſthic,ꝓteſtamini, & ſane q̃ prudenter. Nos longiores non erimus.

## LVBECENSES.

SCiendum ꝙ anno domini M.D.XII. deinde anno M. D.XIII.perpetua pax facta fuit inter regnum Daniæ & Lubecenſes,in qua cautum erat antiquo & ſolito naulo,& ſolitis priuilegiis & libertatibus nauigaturos, & eidem uectigali ſecundũ contentum literarum ſigillatarum quantitas impoſita ſigillataq; fuit,hæc pax ſigillis Archiepiſcoporũ, prelatorũ,Equitũ &c.& regni Danici cõſiliariorum.Quam quidem pacem nos & confœderati noſtri egregie obſeruauimus & impleuimus.

## RESPONSIO.

PAx inita fuit non diffitemur.Cautum fuit,ut Lubecenſes ſolitis priuilegiis nauigarent,non negamus. Quãtitas impoſita fuit,non diffitemur, & reliqua omnia ita ſe habent quemadmodum a uobis propoſita ſunt,Enimuero hæc uos concernunt. Nunc audite, quæ ad Illuſtriſsimum regem pertinẽt. Pax inita eſt Malmogiæ anno duodecimo

Pax Malmogienſis.

Lubecenſes hanc pacẽ miris modis fregiſſe oſtendũtur.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Prima condi-tio.

&c.his conditionibus, ut uos Illuſtriſſimo regi Ioanni, D. Chriſtierni regis patri auxilio eſſetis ad ſubigẽdum Suetiæ regnum, ſi Sueti regem Ioannem non reciperẽt aut filium illius aut.xiii.milia markarum Holmenſium penderent.

Secunda con-ditio.

Deinde interdictum ne ullos hoſtes Illuſtriſſimi regis aut heredum illius ſuſciperetis aut foueretis.

Tertia condi-tio.

Tertio, ꝙ arreſtata ut uocant, utrimq; penderentur, ut quæcunq; debita eſſent ab utraq; parte exſoluerentur.

Quarta con-ditio.

Quarto, ut in omni bello, quod geri contingeret portus Noruegici regni immunes eſſent.

Quinta con-ditio.

Quinto, ut occidentalibus liceret medio in bello, quod Hamburgenſibus & uobis cum illis interceſſerat, in Noruegicis portubus citra ueſtram deturbationẽ negocia-ri.

Sexta cõditio.

Sexto, ut ſi inter Illuſtriſſimum Daniæ regem & uos controuerſiæ eſſent, iudicio quattuor deputatorum deter-minarentur. Sub his conditionibus permiſſum uobis fuit, priſtino & conſueto ſub Theloneo nauigare, atq; eo genere, quod in hoc artitulo preſcribitis, Nunc ad rem ueniamus. Pax facta fuit, uerum eſt, eam pacem uos & confœderati ueſtri diligenter obſeruatis & impleuiſtis. Mentimini, Quid enim uobiſcum ſpecioſius loquar, qui nonueremini tam aperta mendacia in uulgus ſpargere.

Oſtendunt̃ lu-becenſes fregi-ſſe primã con-ditionem.

Primæ conditioni aperte contraueniſtis. Nam cum Sueti nihil tale, quale pol liciti erant effeciſſent, uoſq; ex fœdere, ſi priuilegiis ueſtris frui uelletis, obligati eſſetis ſocia arma coniungere, & rebel-les in poteſtatem Illuſtriſſimi Ioannis aut Chriſtierni redi-gere, noluiſtis tamen, imo Suetis auxilium aduerſus regem tuliſtis, Et hæc aperta ſunt.

Oſtenduntur fregiſſe ſecun-dam.

Secundam conditionem fre-giſtis multipliciter. Tum omnium maxime anno domini M.D.XX. quo tempore ad uos peruenit Guſtanus Eryczon fruſtratus fidem datam Eryco Eryczon Iutæ ſubſequutus eſt Erycus. Poſtulauit iudicium & iuſticiam, ut liceret capti uum abducere in priſtinam cuſtodiam. Recuſaſtis autem, Tametſi apertis in id fœderibus teneremini. Hic enim cum Suetus eſſet, hoſtis eſſet, captiuus eſſet, fruſtratus fidem eſſet. Requiſitus ad iuſticiam eſſet, reddere tamen eundem pe-

tenti

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tenti cuſtodi noluiſtis, Sed ornatum magnis promiſſionibus, in Suetiam omnia conturbaturum emiſiſtis, & conturbauit hæc omnia, ut noſtis, & regnum id a uero legitimoq; rege abalienauit, Cuius adhuc poſſeſſionem ueſtro periurio obtinet. Feciſtis & alia quædam ſat aperta aduerſus hanc promiſſionem.

Oſtenduntur fregiſſe tertiã.

Tertiam contempſiſſe uos ciuium VVardebergenſium querelæ edocere poſſunt.

Oſtenduntur fregiſſe quartam.

Aduerſus quartam ante tres annos feciſtis, ſpoliatis nauibus in Noruegicis portubus, quarum merces duodecim milia aureorũ excedunt.

Oſtenduntur fregiſſe quintam.

Quintã contẽpſiſſe uos, occidentaliũ, Hollãdorũ, & Danorum, & Noruegorũ mille teſtimoniis oſtendere poſſumus. Intercepiſtis enim in Noruegico portu, Hollandicas naues, neq; interea a Danicis temperaſtis. Id quod & uobis obiectũ alias eſt, neq; hactenus negare potuiſtis.

Oſtenduntur fregiſſe ſextã.

Sextam conditionem præſentia hæc tempora declarant a uobis minime obſeruatam eſſe, quando enim controuerſias in iudicium retuliſtis? Cum pax inter Illuſtriſſimum regem, & uos iam firma eſſe crederetur, armata claſſe citra indictum bellum in Burondiam traieciſtis, Bornolmum arcem demoliti eſtis priuſq̃ fœciales literas unq̃ premiſiſtis. Exuſta enim & demolita arce, tum demum literas, quibus bellum indicebatis, emiſiſtis. Hic quid reſpõdetis? Num proteſtari hic decuit in omnibus uerum dicere uos? Et proteſtandum eſt ſane Alias quis uobis fidem adhibebit? Si hic ingenio aliquid indulſiſſemus, an dubitare poſſitis longe maximam tragœdiam excitare potuiſſe nos? Verum non id in preſentiarũ agimus. Sex conditiones allegati fœderis, an negare poteſtis a uobis fractas & irritas habitas eſſe? Reſpondete. Oſtẽdimus.

Lubecẽſes ex eo ꝙ dixerũt ſe uerum dicere ſuſpitiones incuſſerũt Cornelio mendacii, quod & ita eſſe oſtendit.

Quid hic diutius immorabimur, ego ſane fateri uerum ingenue in animum duxi. Cum hunc articulum legerem parum abfuiſſe, quin ſicco pede pertranſirem, ut pote qui ſcirem conuentum eſſe eo anno Malmogiæ, & tractata ea quæ inculcatis. Enimuero dum ſub finem articuli, fœderis illius omnia egregie obſeruata diceretis, tum primũ dubitare cœpi, inuitantibus me uerbis ueſtris, ut idem fœdus



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

diligentius perſcrutarer, neq enim dubium mihi fuit, Ex quo hanc a uobis culpam amoliebamini preſcii falſitatis, ſubdē adhuc aliquid quod in eo in uobis deſyderari poſſet.

## LVBECENSES.

POſt hoc tempus mercatores primi cœperunt &c. omnia quæ habentur libro priore articulo quinto.

## RESPONSIO.

Reſpōſio hæc breuis, copioſe libro priore inuenitur.

LIbro priore adhanc partem reſpondimus copioſe & ſufficienter, hic tantum adiungimus, ex quo uos eas cō ſtitutiones & conditiones fregeratis iuſta uobiſcum ratione actum eſſe. Nam qui prior fidem frangit, cur non eidem frangi poſſet, Non autem prius auctum ex neceſſitate tributum eſt, & uectigal q̄ primam conditionem & ſecundā fregiſſetis, & omnes ſequenti ordine, Quod uero alibi reſpō dimus uos inquirite. Niſi enim Sueticum bellum urſiſſet, tributum auctum non fuiſſet. Suetici uero belli periculum nullum erat, niſi ueſtra inſolentia eam gentem in rebellionem induxiſſet. Quod aūt ſubiungitis regē promiſiſſe, hæc omnia ſe remiſſurum, & huius reſponſionem priore libro inuenietis.

## LVBECENSES.

ANno domini M.D.XVI. in uigilia Martini tempore nocturno rex media in pace nauim onuſtam, iacentem in libero portu Lubecæ & Sacri Imperii cepit, & in Hafniam perduci fecit.

## RESPONSIO.

SEpenumero ad ſimilia reſponſum eſt libro ſuperiore, Triplex enim fœdus erat inter Illuſtriſſimum regem & uos,

uos, Vnum Segebergæ anno. VI. alterum Nycopyncki anno. VII. tertium Malmogiæ anno. XII. cuius prius meminiſtis. Omnibus autem his tractatibus, ut noſtis cautū erat, ne Suetos cōmeatibus & auxilio adiuuaretis, & naues omnes Sueticas Illuſtriſsimo Danorum regi tranſmitteretis. Hæc aperta ſunt, & priore nos libro hæc omnia prodidimus. Nauis autē quæ non procul a portu ueſtro, anno. M. D.XVI. diſtracta in Daniam eſt ueſtra etiam confeſſione Suetica fuit. Namq; ad Stenonem Sturam Illuſtriſſimi regis hoſtem, & eum qui Suetiam gubernabat attinebat.

Nauis q̄ capta eſt in vigilia Martini iuſte capta eſt.

Peruenerat ea primum in portum ueſtrum Sueticis mercibus onuſta, Cumq; ex triplici fœdere deuinceremini eandem ad Illuſtriſſimum regem tranſmittere, ut qui iurauera tis, quicquid Sueticarum mercium ad uos perueniret, quicquid nauium in portus ueſtros, & ſinus aut flumina dilaberetur, id omne ad Illuſtriſſimum regem confeſtim tranſmiſſuros, non modo tamen non feciſtis idipſum, uerum eandem nauim omnibus rebus ad bellum ferendum inſtructiſſimam in mare emiſeratis, pleno curſu in Suetiam uelificaturam.

Ex fœdere Lubecenſium nauis ea capi debuit.

Nunciata ſunt hæc Illuſtriſſimo regi. Itaq; Giſlerus, nauium Danicarum prefectus, quod ſponte non feceratis id a uobis inuitis ui extorſit. Nauim em̄ non procul a portu ueſtro interceptam, Hafniam deduxit, in qua nonnulli ciues ueſtri deprehenſi ſunt, preterq̄ ꝙ aliis rebus inſtructiſſimam effeceratis. Sed neq; uos Sueticam fuiſſe nauim eam unq̄ inficiati eſtis, neq; inficiamini uero adhuc

Manifeſtū eſt nauim Stenonis Sturę Sueti fuiſſe quod & ipſe fatentur.

Quandoquidem res clara eſt, Tantum id uobis indignum uidetur e ueſtro portu eoq; libero diſtractam fuiſſe. Quaſi uero non iſthoc ex facto magis oſtenditis inſaniam ueſtrā, Quo em̄ tempore iuramentorū, obſeruatores uos eſſe conueniebat, eodē illius tranſgreſſores effecti eſtis. Et hæc in ludibrium ueſtrum proditis, ut tandem ſcilicet hominibus compertum ſit Lubecenſes nullis unq̄ fœderibus, & conuen tionibus ſtetiſſe. Et gaudeo ego ſane in id cecitatis redactos eſſe uos, ut quæ in rem noſtram faciant paſſim inculcetis.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Quid enim ad rem ſi nauis direpta eſt, cum iure, ueſtra etiã confeſſione diripi & ſpoliari potuerit: ut in quam rem prius Segebergæ, Nycopyncki, Malmogiæ aſſenſeratis? Proinde hic alterum uobis ſubeundem dedecus eſt, Aut enim mẽtiri debetis Sueticam non fuiſſe, aut ſi Suetica fuit, nihil reſtat, niſi ut ueſtram a uobis fidem uiolatam eſſe teſtemini. At Sueticam fuiſſe, & Stenonis Sturæ fuiſſe ciuium, etiam ueſtrorum confeſſione & ueſtra quoq; notiſſimũ eſt. Quid reliquum ergo eſſe poſſit uoſmet colligit. Ego enim uobiſcum Laconice agam. Vnum ſuperaddam ex quo Illuſtriſſimus rex cum Stenone ſtura Suetiæ gubernatore conuenerat, effectũq; eſſet compromiſſum, quo neuter alteri nociturus erat, cõfeſtim immemor promiſſi Steno Reuerendiſſimum patrem Guſtauum Archiepiſcopum Vpſalenſem, q partibus regis adhæreret uinctum detinuit coegitq; ui ad Archiepiſcopatus reſignationem. Deinde nobilem matronam Mettam relictam nobilis & ſtrennui Equitis Suanti, qui aliquãdo Suetiæ prefuerat e paternis bonis exegit, atq; in exilium miſit, quæ cum citra fidem regi Chriſtierno datam, exactam ſe intueretur, Tilonem Giſſerum nauium regiarum prefectum, magnæ fortitudinis & animi hominem adiit, conqueſtaq; de illata iniuria, ſimulq; oſtendens, Stenonis nauim eſſe, quæ e Lubeca in Suetiam profectionẽ pararet, hominem impulit, ut nauem duobus milibus paſſuũ a Lubecenſi portu in poteſtatem redigeret. Id quod triplici fœdere, demum & hoc ultimo periurio Stenonis plane facere tenebatur. Et hæ inſignes querelæ ueſtræ ſunt.

Rex cum Stenone Stura cõuenerat & Steno fœdus ruperat quare et altera ratione capi nauis poterat.

## LVBECENSES.

SVa regia dignitas a Germanis mercatoribus inſolita uectigalia. Item ſummam pecuniæ ſatis magnam nouis impoſitionibus accepit.

## RESPONSIO.

Cum

CVm per uos Suetia rebellaſſet, Illuſtriſſimus rex, qui iam ad id bellum ſe accinxerat conuocatis mercatoribus Germanis, atq; ipſo regni conſilio præſens ipſe & citra ſubſtitutum & interpretem, neceſſitatem ſuam expoſuit, ſubinde inculcans eam rem non magis ſua, q̃ mercatorum intereſſe. Orauit ut ſolitis uectigalibus aliquid adiici ad ſolum biennium paterentur, Tunc ſe omnia remiſſurũ multaq; in eam rem ipſe coram omnibus diſſeruit. Conſultum eſt, Regni conſilium annuit, extranei mercatores ueſtri conſenſere, ut qui probe ſcirent, nihil niſi iuſtum petitum eſſe, Reliqua omnia libro priore inueuietis. Id adiungimus, nõ ſolum ſimile, quid ab Illuſtriſſimo rege Chriſtierno factum eſſe, ſed ab aliis fere omnibus noſtræ tempeſtatis principibus, Quis enim Sacratiſſimo Cæſari Carolo Quinto uicio uertere poteſt, ꝙ Francico hoc bello nonnihil tributis, nonnihil uectigalibus adiecit? Aut quis ideo optimum principem calumpniandum duxerit, ꝙ his in neceſſitatibus ad ea compellitur, quæ mallet omiſiſſe?

Per Lubecenſes Suetia rebellauerat.

## LVBECENSES.

VEtus & ſolitum Theoloneum ab Helſckenor ad Hafniam quinq; miliaribus tranſtulit, coactis nautis eo proficiſci dimiſſis nauibus. Vbi quedam inutilis mulier Sybrechta nomine cum aliis ſimilibus mandatum habuit uectigal extorquendi. Item nautæ tantiſper illic manere cogebantur, donec Sybrechta illos abire uellet, quo factum eſt, ut multi nautæ propicium ſibi uentum negligere debuerint, Nonnulli etiam ea ratione, & uitam & naues in mari perdiderint.

## RESPONSIO.

TAmetſi ubiq; ingrati, hic tamen eſtis ingratiſſimi. Sed ad primam partem articuli, Rex Theloneum ex Helſckenor Hafniã tranſtulit, Quid non faceret autem? Num

rex eſt,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

rex eſt, Num liberum illi fuit patriæ & regni ſui utilitate
conſulere? Quid hoc ad uos? An fœderibus ueſtris & tracta-
tibus cautum erat, ne Theloneum transferret? Minime.
Quem ergo læſit, qui ſuis ditionibus cõſuluit? Profecto ne-
minem. Neq; em̃ ullis fœderibus uetitum fuit, quo minus
id faceret, cur ergo tanq̃ malum id factum ingeminatis?
Sed nautæ dimiſſis nauibus eo cogebantur uenire. Venie-
bant autem maximo ſuo commodo. An neſcitis idipſum?

Maxima utilitas mercatorũ fuit q̃ Theoloneum tralatũ fuit cur ergo calumpniant.

Sed nouiſtis, Cur ergo ingeminatis? Portus enim qui eſt
Helſcenori cum inquietiſsimus ſit minimeq; tute ibi naues
quieſcere poſſint, preſertim flantibus Zephyris, & lebecchio
ſtatuit utile uobis mercatoribus om̃ibus eſſe, Illuſtriſſimus
rex ſi rebus quoq; ueſtris conſuleret. Proinde tametſi lon-
giorem portum iuſſit adire uos, ille tamen longe tutior &
melior altero fuit, An ignoratis quoties Zephyrus aut Le-

Portus Helſckenori inquietus.

becchius ſæuiunt nullam nauim Helſcenorico in ſinu po-
ſſe ſubſiſtere? Videre eſt iſthic ſæpenumero naufragium aut
perditis anchoris diffugientes naues. Alias lacera puppi nõ-

Portus Hafnienſis bon⁹.

nullas fracta malo ubi ab occidente uentorum uis ingruit.
Parte alia Hafnienſis ſinus placidiſſimus eſt, naueſq; non
minore cuſtodia circumuallat ingruentibus uentis, q̃ ſi nul
lum omnino turbinem adeſſe contingeret. Ita rebus ueſtris
& ſuis quoq; proſpiciendum duxit Sereniſsimus rex, & uos
huic ſollicitudine talem gratiam refertis? Non cogeban-
tur itaq; nautæ a nauibus diſcedere, niſi ſi qui forte mallẽt
temerarie q̃ prudenter agere, quibus compendium maxi-
mo cum periculo plus placuit, q̃ certa fidaq;, neq; admodũ
diſtans placidiſsima ſtatio. Quid hoc ad regem? Quid ad
nos? Aliorum nos dementiam expiabimus? Aliorum com
miſſa luemus? Veniamus ad alteram, Mulierem quendam
Sybrechtam mandatum habuiſſe dicitis uectigalia extor-

De muliere Sybrechta.

quendi. Ego tamen a quo mandatum habuerit plane igna
rus ſum. Id tantum noui ſæpenumero ab Illuſtriſsimo re-
ge mihi dictum eſſe, Anum illam, qualis qualis illa fuit, ple-
raq; citra ipſius mandatum feminea inſolentia obiuiſſe,

quominus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

quominus autem Helſckenori Theoloneum permanſerit,
iam pridem reddita ratio eſt. Quod uero tamdiu naues
Hafniæ manere cogebãtur, donec Veneficæ illi uiſum fuit,
ſi factum eſt, non excuſamus. Sereniſſimus tamen rex huius
rei plane ignarus eſt. Multa enim ſubinde in regnis fiunt
preter principum authoritatem & cognitionem, neq; pro-
tinus fieri debet, ut quæ ab uno aut altero, qui ſibi pluſq̃ iu-
ſtum eſt, arrogant, perpetrantur, in regum & principum ca-
put redundent. Ea enim optimorum regum & principum
infœlicitas eſt, ut horum pretextu ſæpenumero uiliſſimi &
ſceleratiſſimi homines nullum non facinus exequantur.
Itaq; ſi idipſum effecit ſcelerata illa, quod hic ſubiungitis, in
illam agite non in Sereniſſimum regem. Id enim ut corã
uobis proteſter ab eodem mihi in mandatis datum eſt. In-
nocentiam ſcz ſuam ſatis notam eſſe, Si quid iniquum ab
aliis, inconſulto eo actum eſt, idipſum agentibus non re-
gi imputate. Non tuetur enim Illuſtriſsimus rex aniculã
illam, neq; cauſam illius defendere uult. Si quid iniquum
commiſit, illa ſuam audaciam luat. Quid hoc ad Sereniſſi-
mum regem? Quis porro omnium ſcelerum, quæ in regnis
fiunt, rationem a regibus & principibus exigat? Aut quo iu-
re in regis caput redundare decet, id quod citra regis man-
datum committitur? Oſtendite Illuſtriſſimum regem iu-
ſſiſſe aliquando (citra urgentem rationem) ut nautæ & na-
ues ultraq̃ par fuit iſthic ſubſiſterent. Oſtendite regis uolun
tatem fuiſſe, ut in mari perirent. Tum primum euiceritis,
tum uobis liberum eſt triumphum occinere. Nunc quid
ad rem ꝙ naues permanſerint? Neq; uero ita id interpreta-
tum a uobis eſſe uelimus, quaſi non aliquando etiam iuſſu
regio naues aliquantiſper ſubſtiterint, Sed id ut diximus
preter urgentes rationes nõ fuit. Cum em̃ creberrime com-
pertum haberet in Suetiam preter fœdera a uobis nauiga-
tionem exerceri, frequenterq; naues illæ ueſtræ in Danicos
prefectos inciderent, id unum agendum ſibi ſtatuit, ut cau-
tionem preberetis qua obligaremini in Suetiam nulla ra-

Rex aperte ꝓteſtatur ſe nõ velle defendere anum illam ſi quis dicit ab illa malũ ſibi illatum eſſe ad iudiciũ illã prouocet.

Cauſa ſubſcribitur cur rex voluit aliquãdo naues iſthic manere.

S　　tione

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tione nauigare. Id quod fœdera ueſtra continebant. Proinde naues illic ueſtræ detentæ ſunt, donec cautionem dediſtis. Hic quid mali actũ fuit? fœderibus obligabamini a Suetia omnem nauigationem prohibere, exercebatis tamen inuitis & reluctantibus compromiſſis, Cur ergo cautionem extorquere non licuit? Quod cum ita ſit, quare in Sereniſſimum regem nautarum moram aut tarditatem reiicitis? Aut quare (quod longe magis ridiculum eſt) quorundam ſubmerſionem in Illuſtriſſimum regem retorquetis? Num imperare is tempeſtatibus poteſt? Neq; enim aut illius iuſſu, aut precepto tale quid uſuuenit, ſed ſuperuenientibus maioribus uentis, aut nautarum incuria, aliquando naues ueſtræ periclitatæ ſunt, quod & uos fatemini, ſed illius cauſam Sereniſſimum regem fuiſſe, uideri uultis. Accedit quod & nonnunq̃ nauibus illis Sereniſſimo regi opus fuit, eas ergo ſuis in ditionibus, quominus paulatim retardet ſoluto tardationis precio, quis impedire aut ꝓhibere iure poteſt?

Duę rationes obquas naues aliquando detentę ſunt aliquamdiu.

## LVBECENSES.

SI quando Germanicæ naues naufragium in littore Danico fecerunt, tunc non modo non permiſſum fuit nautis ſua bona ſaluandi, uerum bona ui in mare a littore proiecta fuere uaſa in aquas immiſſa & periclitantibus hominibus ingens humanitas illata, Et precipue Danus quidam ruſticus correptus fuit, ob id ſolum ꝙ Germanũ quendam mariſluum a rupe ſaxea in terram intulerat.

Teutonice Seedrifftigen man.

## RESPONSIO.

SI tale quid factum eſt, priuato conſilio, non autem Sereniſſimi regis affectum. Neq; uero nouit Sereniſsimus rex factum eſſe, quod ſi uero factum eſt, ueſtrum eſt eos iudicare, a quibus perpetratum id facinus eſt, tum demum ſi illi ſe regis mãdato feciſſe id dixerint, apta erit Illuſtriſſimum

regem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

regem criminandi occaſio,ſin minus, quid eſt,quod tandẽ
deſyderare in eo poteſtis? Nam quod ad Illuſtriſſimum re-
gem pertinet, quomodo uerum eſſe arbitrari poſſitis, id
quod dicitis nautis permiſſum non fuiſſe, ſuas ut merces
in portum reducerent. An ignari eſtis plus huic rei a Chri-
ſtierno rege conſultum eſſe, q̃ ab omnibus Danis regibus,
qui eum preceſſere? Et ſane niſi tam bonam ueſtrarum rerũ
curam habuiſſet,e regnis pulſus non fuiſſet adhuc, Quan-
doquidem cum legem promulgaſſet eamq; typis excuſam
Hafniæ Anno domini M. D. XXI. Menſe Maio ad omnes
regni angulos trãſmiſiſſet, & uos quoq; certiores reddidiſ-
ſet, ut eandem comparare poſſetis, Neq; uos modo, ſed &
Hollandos mercatores, & eos omnes, qui negociandi cau-
ſa eam maris partem inuiſunt, multorum in ſe Danorum
odia contraxit, ut qui e ruinis ueſtris ditari ſoliti fuerant.

Plus naufragiis a rege chriſtierno conſultum eſt q̃ ab aliis omnibus regibus.

Tum omnium maxime Burglonenſis predonis, qui æger-
rime tulit, aliquem tandem rapinæ ſuæ modum inuentum
eſſe. Et tamen cum his expilatoribus uos aduerſus benefa-
ctorem ueſtrum fœdus contraxiſtis, Eum expuliſtis, ut pre-
donibus illis liberiorem peccandi licentiam faceretis. Bur-
glonẽſis nunc amicus eſt, cuius ex precepto priuſq̃ promul-
gata optimi regis de naufragiis lex fuit, trecenti homines
in littus exire, & periclitantibus uobis mortem intentare
ſoliti fuerant, ut ſpoliis ueſtris fruerentur. Res nota eſt, cum
ſæpenumero ſeptuaginta milium iacturam, hac una ratio-
ne feceritis. Et tamen qui huic uel rei originem fecere, mi-
rum q̃ a uobis commẽdentur, his ſolis applauditis, horum
commercio delectamini. Vnus eſt Henricus Cromdycius

Epiſcopus burglonẽſis regis hoſtis ob id quod rex legẽ de naufragiis tulit.

Danus Eques, qui ſupra octuaginta milia aureorum e nau-
fragiis ueſtris nactus eſt, Alter Nicolaus Holgerus eſt, qui
principio pauperrimus, mox e ruinis ueſtris quinquaginta
aureorum cenſum comparauit? Eam iniuriam cum Sere-
niſſimus rex diutius tollerãdam eſſe non diceret, ſed leges
euulgaret perq; omnes regni angulos ſcriptis, & uoce publi
candas curaret, in Epiſcoporum inuidiam incidit. Conque

Nicolaus Holgerus quinquaginta miliũ cẽſum e naufragiis aſſequutus eſt.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

rebantur hinc Lundenſis illinc Burglonenſis, & VViburgẽ-
ſis innouari ab eo leges. Egre habebat lupos illos, auaritiæ
ſuæ tantũ emolumenti decedere. Nam prius quicquid bo-
narum in littus conceſſerat idipſum pii illi Epiſcopi rapie-
bant, trucidatis nautis, qui ruinis nauium adfixi in littus
euadere nitebantur, hæc nullo non die fiebant. Ditebantur
interea predones illi, & Illuſtriſſimo regi multum etiam di-
uitiarũ acceſſerata, deo ut Hermannus Goye nobilis Danus
poſt latam legem regi diceret, ſola e Iutia deperiiſſe regi e
naufragiis non pauca aureorum milia, ut interea alii ſinus
& inſulæ omittantur, Non permotus eſt tamen his uerbis
Illuſtriſsimus rex, ſed Hermanno reſpondens, Malo, inquit,
diuitiarum iacturam facere, q̃ ut naufragi tam fœde tracten
tur permittere. Hæc uox illi tribus regnis conſtitit, Miſeran
dum ſane, niſi dei iudicium eſſet. Ex ea enim occaſionem
nacti ſunt Epiſcopi contra regem coniurandi, ꝙ cernerent
futurum eſſe, ut nihil illis emolimenti ex naufragiis proue-
niret. Itaq; uobiſcum conſpirarunt, ſed diſſimili conditio-
ne. Namq; illi propterea quod multum illis diuitiarum
ademptum eſt, uos autem propterea quod rebus ueſtris in-
tegerrime fuit conſultum. Gratiam debebatis, & iniuríam
rependitis. Quid fieri magis iniquum poteſt? ſed occultum
iudicium dei eſt. Proinde in uos nolo acerbior eſſe. Indig-
nam tamen rem commiſiſtis benefactorem ueſtrum exuiſ-
tis, & cum his, qui e ruinis ueſtris ditati ſunt aduerſus inno-
centem ſanguinem conſpiraſtis. Equidem dum hæc ſcribo
uix a lachrimis oculos cohibeo, quem enim non permo-
uebunt hæ calamitates tã humani principis? Quẽ non ma-
le habebit, ꝙ hactenus ueſtra inſolẽtia tam male apud om-
nes homines audiuit citra ullum ſuum demeritum? Sed
oblitus ſum eius, quod dictum eſt, Ve cum laudauerint uos
omnes homines. Nos populus ſumus, atq; in ea quæ car-
nis ſint efferimur. Rumoribus accedimur, atq; his quæ pro-
miſcue euulgantur fidem ſtatim, atq; animum adiicimus.
Vos iſthic egregium principem calumpniamini Lubecen-
ſes, ea in

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſes,ea in re quam & uos ſecus habere nouiſtis. Qua id ratio- ne fiat,equidē certior fieri cuperem. Sed ita excecati eſtis,ut quæ aduerſum uos faciunt digna tamen fateamini, quæ in ſeratis,nimirum ut dæmentiæ ueſtræ finis tandem aliquis inueniri poſſit. Nam quod ad naufragorum legem perti- net,niſi omnes homines fateantur dignam eſſe, quæ ab op timo rege promulgetur, ego uobis omnem uictoriam ceſ- ſero. Volui aūt eandem quæ in iuſtrumētum publicum re- dacta eſt,ſubiicere ut omnibus demum notum eſſe poſſit,ꝙ indigne optimum uos regem criminamini,

DIPLOMA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS Chriſtierni.II.Regis,quo manifeſtum eſt,ꝙ egregie naufra- giis preuiderit,lege lata quæ in hoc includitur ob quam a nonnullis auaris Epiſcopis,ſed uerius lupis tribus regnis ex utus eſt conſpiratione aduerſus illum facta. Lege hæc lector & horum Epiſcoporum & Lubecenſium perfidiam admi- rere,qui ob tam Chriſtianas leges regem Chriſtiernum ex- pulere.

NOS CHRISTIERNVS DEI GRACIA Daniæ,Suetiæ,Noruegiæ &c. Rex,Dux Sleſuici, Hol- ſatiæ,Stormariæ,Dythmerſiæ,Comes in Oldenborg & Del menhorſt, omniū & ſingulis præſentes noſtras literas uiſu ris ſalutem & noſtrum ſyncerum amorem,& preſentibus obedire. Quoniam indies multorum relatione diſcimus, quanta mala ex naufragiis prouenire ſolent, q̄ꝗ iniquos ſe ſe multi hac in re exhibeant,ideo uolentes huic rei prouiri- bus noſtris conſulere,diſtricte mādamus & precipimus hæc quæ ſequuntur ab omnibus,qui nobis obediunt aut quouis modo obedire uolunt obſeruari. Primo ſi aliquis nauta naufragiū & pericula maris perpeſſus fuerit,uel nauis ſcopu lo illi alliſa fuerit,uolumus ut illi & ſociis eius pars, quanta quāta illa fuerit protinus cedat,nemine reclamante. Qđ ſi

Leges atq; e- dicta.D.Illuſ regis Chriſti- erni de naufre giis et Pyratis



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

propriis uiribus,ſubuenire periclitantibus mercibus non potuerit,uolumus ut prefecti noſtri, minime illi auxilia denegent,ſed auxiliatores ſubornent, quandocunq; pro iuſta pecunia requiſiuerit. Quiſquis autem fuerit prefectorum, qui reclamauerit uel contra hoc noſtrum mandatum egerit, protinus hoc ipſum illi capitale ſit.Item quicũq; ſuppetias tulerit his bonis liberãdis ſingulis diebus fideliter a diluculo uſq; ad ueſperum inſudans,habiturus eſt ſex Danicæ monetæ ſolidos.Ita tamen ut quilibet ſibi ipſi alimenta ſuppeditabit, ꝙ ſi profundius ex mari bona iſta extracta fuerint in duplo cuilibet premiũ reſpondeat, ꝙ ſi per miliare in mari uſq; ad flumina opem tulerint cuilibet illorum, quot quot fuerint.XXIIII.ſolidi cedant pro diligentia ſua,& expenſis,ut dictũ eſt. Qđ ſi ipſi ad hoc inſtrumenta ſubornarint ad ea bona,ſi quæ grauiora fuerint e profundo eleuanda cuilibet pro perpetui diei labore duæ markæ perſoluantur.Si autem his premiis bona leuata non reſponderint,illis laboratoribus ceſſura ſunt. Qui autem currus diſpoſuerint, atq; ad locum ſubordinatum his bonis proximũ ſex templum uexerint cuilibet currui marka reſpondeat ſic tamen ut equis aurigæ de expenſis prouidere ſuis ſumptibus cogantur.Item,ſi naufragi non fuerint ſoluendo, hæc laborantium premia decernimus & mandamus, ut ipſe mercatori,cuius bona ſunt,uel eius ſcribæ preſenti,immo cuilibet nautarum poteſtas ſit ex bonis tantum uendendi, quantũ illis ſatisfaciat.Neq; uir neq; mulier audeat opem ferre periclitantibus bonis,niſi a naufragis ſubordinatus, & requiſitus ſub pœna predicta.Qđ ſi bona quæ periclitantur talia fuerint,ut ſeruari citra mutationem & deſtructionem non poſſint, qualia ſunt oleum uinum &c. damus & concedimus prefecto noſtro adiunctis duobus aut tribus ſpectatæ fidei ciuibus,poteſtatem ea uendendi iuſta pecunia,atq; pecuniam in commodum & uſum iuſti poſſeſſoris quandocunq; uenerit reſeruandi, accepta ab illo pecuniæ redditæ quitancia, ſic ut & prefectus literas det reſtitutionis, & alter

acceptio

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

acceptionis & reacquiſitionis, ꝙ ſi aliquis prefectorum no-
ſtrorum, qualis qualis fuerit officii contra hoc egerit, nau-
frago in his bonis negocium faciens, punietur ut ſupra.
Item ſi naufragio nullus nauita uel comes fuerit noſtri cō-
miſſarii hoc in templum proxime uicinum diſponent, ut
ſupra ſeruaturi hoc poſſeſſori integrum annū, cui tum de-
mum uenienti bona reddantur. Ita tamen ut laboratori-
bus & uectoribus &c. quemadmodum preſcriptum eſt per
ſoluatur, ſi intra annum iuſtus non aduenerit poſſeſſor, fa-
ctutus eſt prefectus noſter horum bonorum nobis rationē.
Ita preſertim quo nobis duæ partes, tertia proximi templi
ſacerdotibus pro naufragis oraturis proueniant. Q, ſi tertia
pars maior ſit q̄ ut admodum neceſſariū ſit in eos uſus ar-
rogare, Tum ſacerdotibus quod decet pro officio celebran-
do contribuetur, quod ſnperfuerit autem Haſniam defere-
tur, deponeturq; apud ciues ad hoc electos in uſum pauperū
erogandum, Quod bonorum latores quitanciam a ciuibus
recipient. Et pro his bonis ſacra ſua ſemel in die in hoſpita-
libus iſtis facta ſint. Alia autem pecunia pauperibus orpha-
niſq; & uirginibus pro dote ſubueniatur. Item ne aliqua
infamiæ nobis macula irrogetur, uolumus ut prefecti no-
ſtri apertam non clancularian aut uiolentam rationem
horum naufragiorum reddant, Ita ꝙ nobis ipſe naufragus
ſub determinata pœna ſignificabit, atq; ſuper hos literas hu-
ius negocii promotrices impreſſas accipiet ad hoc cuilibet
expoſitas & ſubordinatas, & per magiſtrum Gaſparum ſe-
cretarium noſtrum Haſniæ impreſſas, Item hanc noſtram
ordinationem uolumus & precipimus, & uigore preſentiū
uolumus & precipimus ab omnibus tum eccleſiaſticis tum
ſecularibus, cuiuſcunq; generis ſtemmatis & officii inuio-
latum, cum omnibus & ſingulis punctis & articulis ſeruari,
quoaduſq; noſtri dilecti totius Daniæ regni conſiliarii col-
lecti aliud conſilium prebuerint inuenerintq; articulum,
aliquem in his non ſatis iuſtæ ordinationi reſpondentem
quem tum demum iuxta illorum pium conſilium in me-

liorem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

liorem & ſaniorem modum emendabimus. Datum in
Caſtro noſtro oppidi Hafnẽſis dominica trinitatis. Anno
domini M. D. X X I. Regnorum noſtrorum Daniæ &
Noruegiæ Anno ſeptimo Suetiæ primo.

Hæ leges ſunt Illuſtriſſimi regis Chriſtierni de naufra-
giis excuſæ,atq; euulgatæ, quanto magis mirum eſt nõ id-
ipſum conſyderaſſe uos aut ex aliquot milibus chartarum,
quæ Hafniæ typis excuſæ fuerant ne unam quidem a uobis
comparatam eſſe. Quum uero olim coacti eſſetis magnis
ſumptibus literas regias pro naufragii acquiſitione impe-
trare tum plane cõtenti fuiſti. Neq; ullũ unq̃ ſignũ maleuo

Equitas regis Chriſtierni.

li animi edidiſtis. Nunc uero cum Illuſtriſſimus rex ſe de-
pauperet, ut laborantibus uobis ſubueniat hanc tandem
gratiam retuliſſe uos decebat,Comperta loquor, Ipſeq; Se-
reniſſimus rex non raro mihi dicere ſolitus eſt, ea ex lege
deperiiſſe ſibi ſupra centum milia aureorum annui naufra
fragii, nonnunq̃ ſeptuaginta,aliquando etiam octuagin-
ta,quæ tam ingens pecunia ex naufragiis ueſtris,predeceſſo
ribus ſuæ Serenitatis prouenire ſolita fuerat. Hanc tamen
leuem iacturam arbitratur,longe malens feſſis & cadenti-
bus rebus ueſtris & laborantibus rebus ſuccurrere. Ea enim
pridẽ inueterata conſuetudo fuit, ut quoties tempeſtas in-
grueret, aliquot ruſticorum milia in littora concederent
nauigantes ueſtros & periclitantes occiſuri, bonaq; omnia
ueſtra direpturi, quod & fecere Epiſcoporum iuſſu, quibus
predæ pars una ceſſerat,Adeo ut ſemineces ſubinde in ma-
re reiicerent,ſanos autem indigne interimerent. Inſtigaban
tur adhæc ab Epiſcopis, quid non facerent enim hoc Car-
nifices illi, qui regem ſuum prodidere? Adiũgerem hic unũ
ſi tempus & breuitas mea pateretur. Poſt huiꝰ legis promul
gationem cum egre haberent Epiſcopi aliquot,tantum ſibi

De improbo quodam Epiſcopo.

rapinæ detractum eſſe,unus ex ea fece ad regẽ uenit,petiitq;
ut antiquas conſuetudines regni, quantum ad naufragia
attinet ſibi obſeruare liberum eſſet. Audiens hominem rex
confeſtim reſpondit,ſe nulla in parte Danicis conſuetudi-

nibus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

nibus detrahere uelle niſi quando diuinæ legi repugnarent Audiens hoc lupus ille perſcrutatus eſt,qua in parte cauſari rex uellet diuinis legibus priſtinam de naufragiis conſuetudinem obeſſe. Reſpondit rex, Scriptum eſſe non occides, non furaberis. Vtrumq; autem ſcelus ab eo perpetrari, qui priſtinam naufragiorum cõſuetudinem obſeruat. Abiit ille multa animo uolutans, & ad hanc tam infamem proditionem animum adiecit. Dignus ſane, qui toti orbi innoteſcat, & tamen ex peſſimis ullam ſibi facinoribus gloriam querit. Verum ego illũ & alios in Danica reſponſione perſtringam. Neq; enim cum proditoribus mihi intercedere conſuetudo aut amicitia poteſt, quanto minus etiam uobiſcum Lubecenſes,qui hac ingratitudine ueſtra tam ingentibus malis occaſionem preſtitiſtis. Et hæc quidem talia ſunt.Cæterum ad ruſticũ Danum quem correptum dicitis ꝙ mariſluum Germanum littori intulerit,quid reſpondendum ſit,iam ſatis conſtat, nimirum hoc factum minime regem concernere, qui contrariam legem tulit. Neq; uero an factum ſit compertum Sereniſſimus rex habet. Vnum ſcio impudenter mentiri uos facti relatione, quandoquidem a rupe pertractum Germanũ dicitis, per Danum ruſticum, cum Dania tamen rupes non habeat. Hic inſenſati eſtis profecto qui iſtahæc minime cõſyderatis,Si fidem adhibere uultis relationibus ueſtris, nolite quæſo tam impudenter mentiri.Danus a quo correptus ſit neſcimus. Prodite locum,hominem prefectum a quo correptus ſit, & reſpondebimus,Hic quid dicamus plane neſcimus,quandoquidem tale quid ſuis temporibns actum eſſe Sereniſſimus rex plane ignorat.Deniq; manifeſtum eſt a rege correptum non eſſe,Quid ergo ad regem huius rei labes? Is ſatis preuidit,qui legem ſanciit,qui pœnam indixit, qui ſemetipſum depauperauit,ut quæ ex Chriſtianis legibus eſſent inducerentur,quid amplius requiretis?

## LVBECENSES.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

GErmanos mercatores in priſtino ſolitoq; naulo non continuit, ſed Thelonea noua indixit, Centeſimumq; ab illis nummum bonorum accepit.

## RESPONSIO.

QVa de cauſa id factum ſit pridem reſpondimus. Itaq; hanc camarinam iterum mouere non admodum neceſſarium eſt, libro priore hæc omnia hubenus inuenientur. Q d' centeſimum nummum bonorum quæſiuit, id graue admodum non fuit, quandoquidem ad ſolum biennium impoſitum idipſum fuit. Poſt quod tempus priuilegiorum augmentum uobis promittebatur. Quid hoc non liceat media in neceſſitate? Aut cum uos huic rei initium periurio ueſtro dediſſetis, quur liberum Illuſtriſſimo regi non fuit, & ſuæ & ueſtræ utilitati conſulere? Namq; ex ſubacta Suetia non minus emolumentum prouenire mercatoribus, q̃ Illuſtriſſimo regi poterat, cp & Iuta ſperabatur nauigatio, & commerciorũ mutuis prouentibus tam mercatores q̃ regna ditarentur. Accedit cp Malmogiæ polliciti eratis ſubſidio futuros uos ad Suetiam ſubigendam, Cum uero neq; miles neq; claſſis a uobis impetrata ſit, quid poterat minus a uobis concedi? Deniq; & ciues & aduenæ cõſenſere. Atq; illi ipſi mercatores ueſtri, qui in Dania negociabantur. Cur ergo hic iterum uulnus hoc refricatis?

## LVBECENSES.

IN Stockholmo mercatores ſiſti iuſſit, quoſdam etiam cepit naues & bona ubicunq; inuenire poterant, arreſtauit. Quaſdam etiam coegit in bella & alia ſibi ſeruire.

## RESPONSIO.

VEre quidem dicitis iuſſiſſe Illuſtriſſimum regem, ut mercatores ueſtri ſiſterentur ad tempus, ſed cauſam

non

non dicitis. Arreſtati ſunt mercatores, arreſtatæ ſunt naues (ut a uoce uobis nota) uerum citra urgentem cauſam id factum non fuit. Cum enim Stockholmi & in Suetia non pauca Germanorum militum milia eſſent, qui id regnum Illuſtriſſimi regis Chriſtierni auſpiciis ſubegerant, atq; ad res componendas iſthic ſubſiſterent, futurum erat propediem, ut fames exercitum inuaderet, niſi arreſtatæ naues fuiſſent, quæ commeatum extra id regnum euehebãt. Itaq; ut huic periculo obuiam iretur, Illuſtriſſimus rex mandatum emiſit, quo iubebatur prefectis ne ullum extra regnum (q̃diu exercitus illic eſſet) commeatum paterentur elabi. Proinde naues ueſtræ, quæ commeatu onuſtæ erant arreſtatæ ſunt, & retenti mercatores. Quid hic tantum piaculi cõmiſſum eſt? Num id frequentius citra ullum inimicitiæ iudicium inter amicam & uicinam gentem uſuuenit? Teſtari idipſum ego poſſum uidiſſe me intra annos duos ſimilẽ inter Flandros Brabantoſq; controuerſiã, immo inter ipſa Brabantiæ oppida dum ſui tenacior plebecula, excitato tumultu commeatum ad uicinas urbes euehi prohibebat, Et tamen eam ob rem nulla commotio ab aliis facta eſt, q̃ natura ita ſancitũ ſit, ut Tunica pallio propior uideatur. Vos tum amici eratis Lubecenſes, uerum proprii corporis rationem habuiſſe maiorem oportuit. Exempla oculis obuerſabantur, quo enim tempore priorem obſidionem Stockholmus pertulit tanta egeſtate & penuria in regiis caſtris laboratum eſt, ut milites herbis & gramine ueſci cogerẽtur. Alii equos mactarent, quorum carnibus uiuerent, adeoq; proceſſit ea annonæ caritas, ut pro equino iecinore milites ſe mutuo interimerent. Hanc penuriam num exiſtimatis Illuſtriſſimum regem permouiſſe, ut ſibi copiiſq; ſuis conſuleret? Edixit itaq; ut ſubſiſteretis, quid hic mali cõmiſſum eſt? q̃ autem mercatores quoſdam ceperit, quid ad rem? Nã ſi quid mali cõmiſſere, cur in eos non potuit animaduerti? Neq; tamen captos eſſe mercatores Illuſtriſſimo regi conſtare poſſit. Neſcit enim capti illi an fuerint. Veſtrũ eſt igi-

Quod naues arreſtatę ſunt iuſta de cauſa factum

Tunica pallio propior.

Merito ac fuere in mercatores animaduertit.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tur tempus indicare & mercatorum nomina, & a quibus prefectis capti ſint, tum non deerit, quod reſpondeamus. Naues autẽ ꝙ in bella ſecum duxit cui mecum eſſe poſſit? Vrgebatur enim ad id, & debitum precium naucleris perſoluit, ꝙ ſi ſuis ſtipendiis nautæ ueſtri militaſſent, tum demũ ratio uobis fuiſſet cur conquereremini. At uero cum nihil tale ſit ſed egregie ſatisfactum remigibus, & nautis ſit, quid eſt, quod regem incuſare poteſtis? Scz uero num tantũ gratiæ pro libera in illius ditiones nauigatione reddere poſſitis? Indignam rem. Quid ergo referetis tandem? Num id apud Hollandos & Flandros ſæpenumero uſu uenit? Vt cũ Sacratiſſimo Cæſari opus ſit nauibus eas perſoluto precio a mercatoribus accipiat? quid ergo in Illuſtriſſimo rege criminamini, quod aliis regibus & principibus ſemper liberũ fuit? Non pudet huius commenti, aut defuturos uindices protinus arbitramini?

## ALTERI LVBECENSIVM ARTICVLO de interdicta nauigatione ad Lubecam libro priore ſatisfactum eſt.

## LVBECENSES.

CVm uero propter egregia ſeruitia noſtra uſum priuilegiorum noſtrorum conſequi debuiſſemus, reſponſum nobis eſt ab Illuſtriſſima principe Domina Elyzabeth Daniæ, Noruegiæ, Vandalorum & Gothorum regina Archiduciſſa Auſtriæ, Burgundiæ &c. Duciſſa Sleſuici Illuſtriſſimi regis conthorali uti priuilegiis illis nos non poſſe.

## RESPONSIO.

NOn ſatis erat aduerſus Illuſtriſſimum regem agere Lubecenſes, niſi & aduerſus illius conthoralem principem optimam & modeſtiſſimam mẽdacia comminiſceremini



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

remini. Itaq; ex quo non deſinitis tales eſſe, decet & me principis meæ partes agere. Referam igitur ut geſta eſt, utq; ego ab eadē Illuſtriſſima Iſabella regina accepi, Rhomana fide. Cū Illuſt. princeps Chriſtiernus rex Suetico bello implicitus eſſet inq; obſidionē Stockholmi cū copiis cōceſſiſſet, Lubecenſes confeſtim occaſionem nacti in deſtitutam rege ditionem ſæuiendi ad Illuſtriſſimam reginam (quam abiens rex toti regno prefecerat, iuſſis illi parere totius regni conſiliariis) Legationem miſerunt, poſtulatum ut ſibi priuilegiis ſuis frui liceret, quod ſi non impetrarent legati confeſtim bellum indicerent. Attulere autem ſimul & diploma, quod ſigillo regio (id enim penes reginam abiens rex reliquerat) munitum eſſe uolebant ſub his uerbis, ut niſi intra breuiſſimum tempus (regina octo dies eſſe putat) ſigillaretur, illis ipſis fecialibus bellum indiceretur. Regina hæc audiens (ut eſt animo intrepido & uirili) principio recuſabat, dicens id ſibi abeuntem regem nō iuſſiſſe, qui tametſi uxori omnem poteſtatem feciſſet, ſibi tamen cauendum eſſe, ne eadem abuteretur. Itaq; fortiter reclamabat offerens tamē ſeſe proprio ſigillo dyploma id oblatum ſignaturam, Recuſatum eſt, bellum indicebant, extrema omnia minabantur. Conſyderans hæc prudentiſſima princeps conſilium regni conuocauit, Conuenere Epiſcopi aliquot, & monachi, & Equites inter quos Lago Hurnus Roſkyldenſis lupus infamis proditor & Georgius quidam Scotburgus, electus in Metropolitanum Lundenſem. Vocata in controuerſiam hæc res fuit, Cōſuluere cōſiliarii, ne ulla ratione dyploma id regio ſigillo muniretur, Regina ecōtra cum mirabili uirtute, ſola aduerſum omnes contenderet, primum ab his quæſiuit an ne uires illis eſſent ad uim propulſandam, ſi a Lubecenſibus inferretur. Respondere omēs unanimi uoce, nihil ſibi neq; uirium eſſe, neq; pecuniæ, neq; nauium ut patriam tuerentur, Subiunxit ad hæc regina, Quid ergo inquit moramur dyploma ſigillare, quandoquidem ſi uires deſunt, quibus hoſtem propellamus, Cur conſilium tribuitis, ne Lube-

Cōfutatio falſo obiecti mēdacii & calumnię Lubecenſium.

Reginę Elyſabeth prudētia.

Infandum cōſilium proditorum.

Egregiū dictum reginę Elyſabethę.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

cenſibus hac in re obtemperemus? Et ad Equites conſiliari-
os conuerſa, Vos inquit, hæ noſtræ calamitates parum per
mouent, quibus uxores domi ſunt. Conſilium enim facile
inuentum habebitis, quo rebus ueſtris conſulatis, uerũ ego
& mariti mei regis Chriſtierni, & regni huius, & filii mei, &
meam deniq́ neceſſum eſt curã ut agam. Irrumpent hoſtes
omnia demoliuntur, rex procul eſt, uires ad iniuriam pro-
pulſandam nobis deſunt, quid moramur igitur? Maritus
in Suetia hæret circumquaq́ ab hoſtibus circundatus. Si Lu
becenſes acceſſerint, quid tandem ſpei nobis reliquum eſſe
poſſit? Itaq́ ego uos per eam fidem, quam Illuſtriſſimo re-
gi marito meo preſtitiſtis, per ea uerba, quibus abeunti illi
uos mihi obtemperaturos pollicebamini, uos compello iu-
beoq́ ut ſinguli ueſtrum dyploma id Lubecenſium, pro-
priis ſigillis muniatis. Ego regium adiiciam. Quod niſi
feceritis ego uos ut proditores Illuſtriſſimi regis, & regni hu
ius, & filii mei, & meos deniq́ & habebo, & exiſtimabo. Per-
mouit hæc tam libera uox proditorum animos, & Lubecen
ſium dyploma confeſtim regio ſigillo ſignatũ eſt, Proteſtã-
te Illuſtriſſima regina, ſe ad id cogi, idem fecere proditores
illi conſiliarii. Verum impetratis prius literis Sereniſſimæ
reginæ, quibus eadem teſtabatur ſeſe conſiliarios ad muni-
endas eas literas adegiſſe. Adeo iam tum aduerſus Illuſtriſſi
mum regem proditores illi conſpirauerant. Cæterum re-
ginæ iuſſu publicatum fuit, ut Lubecenſibus liberum eſſet,
priſtino ex more nauigare tantiſper, donec menſibus duo-
bus rex Chriſtiernus domita Suetia redditurus, in Dania
ſubſtitiſſet. Hæc ita acta ſunt Lubecenſes, quæ ne exiſtimetis
aliter dicta eſſe q̃ Sereniſſima mihi regina retulit, paratus
ſum iſthic literas in mediũ producere ſigillatas, quibus ita
acta eſſe nullo adiecto aut dempto, fidem confeſtim facere
poſſum. Nunc ad obiectionem ueſtram reſponſum eſt tri-
bus uerbis, nempe mendacium eſſe, quod ſcribitis noluiſſe
Illuſtriſſimã reginam permittere ut priuilegiis ueſtris frue-
mini. Permiſit enim ut manifeſtum eſt, quia ut permitteret

Audax & inſigne factũ reginę.

Regina Elyſabeth proteſtata eſt ſe cogi ad ſignandas literas Lubecenſium.

ui adegiſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ni adegiſtis. Hic uirtutem ueſtram perpēdite, Abſente rege, abſente nobilitate bellum reginæ indicebatis, minitabamini extrema, mulieri, liberis, & inſonti ætati. Egregium ſane factum & ueſtro ſenatu & conſilio perq̃ dignum. Neq; ſatis eſt, nunc mendacium impingitis, nunc falſa inculcatis, fidem ergo uobis quis adhibiturus eſt?

## LVBECENSES.

Regia etiam dignitas illius ad Sereniſſimū Angliæ regem ſcripſit, quomodo Stagnales urbes Anglicas aliquot naues cepiſſent in orientali mari, Vnde effectum eſt ut mercatores illorum indignitatem regis Angliæ incurrerint, & in aperta dampna inciderint. Quod tamē falſum fuit, ex quo Lubecenſes & confœderati nullas uires habuerunt. Verum clarius eſt ꝙ ipſius regis ſubditi id fecerunt.

## RESPONSIO.

Superiore libro reſponſum eſt ſubiuncto diplomate Reuerendiſſimi in Chriſto patris domini Thomæ Cardinalis Eboracēſis Angliæ primatis, & Cancellarii &c, falſum eſſe aliquid tale à rege intentatum fuiſſe, quale ſcribitis. Proinde hic repetendum non eſt. Vnum adiungemus, impudenter mentiri, uos cum nullas uires in mare adfuiſſe uobis perſcribitis. Nūq̃ enim defuere predones ueſtri, Conradus Konyng, Nicolaus Tode, Gaſpar Vnimanus, & alii ſatis multi, quod ad naues attinet ſpoliatas. Neq; uobis cōſtat quid reſpondeatis, ſolum coniecturas dicitis, ut ſatis conſtare poſſit impudenter, ſed pro more mentiri, quādo quidem res ſat clara teſtimoniis eſt, ideoq; non admodum hic curioſe uerſabimur. Parati enim ſumus, ita hanc rem tranſigere, ut conqueri nō poſſitis defuiſſe rationes, quibus latrocinia ueſtra explicare potuerimus. Quod uero ea ex re ingentia detrimenta mercatoribus ueſtris accidere dicitis

ab Inuictiſſ.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Traducũt iteꝫ Lubecẽſes Il-luſt. regẽ Anglię Henricum octauũ in uulgus.

ab Inuictiſſimo Angliæ Franciæq; rege Henrico octauo, uos uideritis, q̃ hæc iuſte nõ uereamini in uulgus emittere, Equidem Illuſtriſſimum Inuictiſſimumq; regem Henricũ, ſat puto nouiſſe me, neq; tamen in illũ unq̃ comperi tale quid dictum eſſe, quale uos obiicitis. Nempe ex eo mercatoribus ueſtris aliquid damni illatum citra iuſtitiam eſſe, Et tamen citra æquum & iuſtum manifeſte aſſeritis ab illo uobis dampnum ingens illatum eſſe. Quid enim aliud ſibi hæc uerba uolunt, Rex Chriſtiernus ad Inuictiſſimum Angliæ regem ſcripſit a Lubecenſibus, & aliis Stagnalibus urbibus, quaſdam naues ſpoliatas & captas Anglorũ eſſe, propter quod ingentia mercatoribus dampna prouenere, ab eodem Inuictiſſimo Angliæ rege, cum falſum ſit a nauibus Lubecenſium aut confœderatorum tale Anglis damnum illatum cum illi nullos in mari predones habuerunt. Veriſimilius eſt autem a Danis id dampnum illatum eſſe. Si em̃ non intuliſtis dampnum Anglis, & ab Inuictiſſimo Angliæ Franciæq; rege grauia perpeſſi eſtis, protinus fit, ut iniuſte prudentiſſimus rex in uos animaduerterit. Et liberum eſt ſane uobis tale quid aſſerere, qui de optimis quibuſq; regibus male loquimini, neq; a Cæſare temperatis. Enimuero ego id dictum in iugulum ueſtrum recogerem. Neq; patiar uero, quantum in me erit, ut uos optimo regi id ludibrium inferatis, tanq̃ is iniuſte aut inconſyderate & minore cum prudentia in uos animaduerterit. Id meminiſſe uos uelim duplex mendacium iſthic inſertum eſſe. Principio dum ad Inuictiſſimum Angliæ regem a Chriſtierno ſcriptum eſſe dicitis, ut loquimini in latinis articulis pro adimendis uobis priuilegiis, ut autem Germanice pro uindicta ſumenda, Quãdoquidẽ libro priore quod negare nõ poteſtis copioſe ad id reſpondimus. Deinde dum graues exactas pænas a uobis per Inuictiſſimum Angliæ regem mentimini. Quæ enim ſunt hæ tam graues penæ, quas hactenus pendiſtis Lubecenſes? Aut quæ uobis dampna per Inuictiſſimũ Angliæ regem citra ius illata ſunt? Cur non exprimitis? Quid

Bis mentiuntur Lubecenſes & ꝙ Chriſtier. inſimulant ſcripſiſſe regi Anglię et ꝙ Illuſtri. rex Anglię ipſos grauarit pena impoſita.

toties

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

toties ambagibus nos circumuoluitis? Illuſtriſſimus Inuictiſſimuſq; Henricus octauus damna uobis intulit, neceſſum eſt itaq; iuſte in uos, ut animaduerterit, aut citra iuſtitiam. Si iuſte pœnas dediſtis, quid hac ex re Illuſtriſſimo regi Chriſtierno inuidiam concitatis? Imo uerius, cur citra rationem factum id eſſe cauſamini? Si iniuſte aût, quur taliter illatam eſſe non oſtenditis? Nonne ſatis eſſe debuit Illuſtriſſimum regem Chriſtiernum nomine, & fama & ditionibus uniuerſis exuiſſe, niſi inſuper alios promiſcue Chriſtianiſſimos & optimos principes traduceretis? Prodite tādem uirulentæ uiperæ, & qua in re ab Inuictiſſimo Henrico octauo grauia detrimenta illata ſint, oſtendite. Neq; uero permoueri uelim integritatem ueſtram, neq; egro animo ferre uos decet, q̄ his partibus ſubinde me ingeram. Ex quo enim aduerſus omnem nobilitatem uno animo conſpiraſtis, ferre & illam aliquis, ut uindicet neceſſum eſt. Proinde ſi quid in hanc partem dicere poteſtis, agite, producite, Exſpectamus hunc impetum, parati ſumus, quid remoramini?

## LVBECENSES.

ANno domini M. D. XXI. octo naues cum bonis ſpectantes ad Gedanos retinuit, ita q̄ nautæ bona in Dania exponere debuere, & cum rege contra literas & ſigillationem coacti fuere in Suetiam ad obſidionem Stockholmi ad illius ſeruitium proficiſci.

## RESPONSIO.

CVm bello Suetico Illuſtriſſimus rex premeretur, octo naues ad Gedanos pertinentes, ſoluto precio in Suetiam duxit in uſus ſuæ Serenitatis. Quoties id a Cæſare nō fit? Quoties non a principibus? Precium nautis pro impenſa diligentia num perſoluit? Perſoluit autem. Cur ergo cōquerimini? Num regi liberum eſt eas naues, quæ Daniam



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ueniunt in ſuæ Serenitatis obſequium impendere, perſoluto nautis digno nauigationis premio? Cur uero mentimini contra ſigillationem factum eſſe aliquid? Quæ eſt hæc ſigillatio Lubecenſes? An fœderibus cautum fuit ne ueſtris nauibus perſoluto precio Sereniſſimus rex uteretur? Minime. Quid conquerimini igitur? At uidete num uos contra ſigillationem feceritis fœderis Malmogienſis. Namq; illic auxilium pollicebamini, hic uero ubi legibus omnibus admittentibus ueſtra opera Sereniſſimus rex uti poteſt, rem ſeriam & arduam in illius caput conuertitis. Quæ enim per deum immortalem leges non permittunt, ut princeps his nauibus, uectabulis, curribus, quæ in eius ditiones perueniũt perſoluto laborantibus digno precio uti non poſſit, ubi tale quid legiſtis Lubecenſes? ſed immemores ſumus id ſemper a uobis actum eſſe, quare ad alia tranſibimus.

## LVBECENSES.

ITem aliquot alias naues ſpectantes ad Gedanos atq; inter eas tres precipue in Ortſunde ceperunt, in quas omnia Anglica bona, quæ in aliis fuere coniecta ſunt, Atq; alia plura dampna intulit.

## RESPONSIO.

COntrouerſia inter Anglum quendam mercatorem, & alterum quendam Illuſtriſſimi regis familiarem intercesserat. Hic ab Anglo iniuriam ſibi grauem illatam eſſe teſtabatur, inq; eam rem literas oppidi Dordracenſis attulit, Itaq; cum idem Anglus naues quaſdam ad Gedanos tranſmitteret, eiuſdem precibus, quandoquidem iuſtitiam requirebant, arreſtatæ ſunt, donec iure cauſa determinaretur. Itũ in iudicium eſt, audite partes fuere, quid multa. Senatus Hafnenſis ſentẽtia, adiudicatæ ſunt Angli illius merces Batauo illi Illuſtriſſimi regis familiari. Hæc ita ſe habẽt,

De mercatore Anglo & familiare quodam regis, qd utrinq; actũ.

Quid

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Quid uero ad Sereniſſimum regem hoc iudicium? Sane non deſunt, quæ reſponderi poſſunt, quantum ad illius partem attinet. Omnium ſententia in id uergebat, ut iuſte ea bona ad Bataum pertinerent, Adiudicata ſunt, quid igitur tam ingens malum commiſſum eſt. At alia plura dampna rex intulit, hoc uero aliis perſuadebitis Lubecenſes quod ſi uero hæc uobis ſententia eſt, producite, non remoramur. Reſpondebimus enim. Quandoquidem non tam defecati ſumus, ut uobis aliquid cōceſſum uelimus, Erratis profecto. Hi feciales ſunt. Referite ſi poteſtis, Tum neq; nobis arma deerunt. Plura dampna ſi uobis illata ſunt, in ſcripta redigite. Veniant in lucem tandem, non deprecatur quid moramini?

## ALTER ARTICVLVS DE DEPVTATIS A Sacratiſſimo Cæſare commiſſariis reſpōſionem ſuam libro priore habet.

## LVBECENSES.

VEriſimilibus item demonſtrationibus uſus eſt, ut dicat ſe ius habere in ciuitatem Lubecenſem, quod longe ſecus eſt, neq; fieri poteſt aut potuit, neq; ullo modo a Rhomano imperio, ut fiat tollerandum eſt. Nihilominus tamen illius regia dignitas eam rem coram aliquot principibus expoſuit, quod tamen aperte negamus, ex quo Lubeka urbs imperii eſt, & regia ipſius dignitas Cæſarem aut Romanum imperium pro ſuperiori non agnoſcit, quantum ad Daniam aut alia regna pertinet. Ex iſtis unuſquiſq; intelligere poteſt, quomodo animus regis ad diminuendum Rhomanum imperium inclinatus eſt, & q nos iure aut iuris proſequutione ab illius regia dignitate nihil conſequi potuiſſemus, ex quo etiam apertum eſt, q nobis & noſtris omnia preſcripta in uel extra Daniam acciderunt.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ITa demum agendum eſt uobis Lubecenſes,ut mendaciū
mendacio accumuletis. Ius in urbem Lubecam regi eſſe
negatis,ꝙ Cæſarem ſuperiorem non agnoſcat, Quale uero

*Argumentū abſurdum.*

eſt hoc argumentum,Cæſarem non agnoſcit, ergo ius in
Lubecam non habet? An ne enim fieri poteſt,ut ex donatio
ne Cæſareana,citra ſuperioritatem ius alicui adeſſe poſſit?
Quaſi uero in his quæ feudalia non ſunt, protinus fieri de-
beat,ut ſuperiorem quis Cæſarem agnoſcat. Quæ eſt hæc ra
tio Lubecenſes? Ita argumentari didiciſtis? Nam alia quæ-
dam bona ſunt, pro quibus neceſſum eſt ſuperioritatē Cæ-
ſari fateri,ueluti, ſi quis ducatum,aut urbem in Germania
habeat. Alia uero in quibus non modo non neceſſe eſt, uerū
etiam ridiculum,ueluti ſi mihi Flandro homini, qui Rho-
manum imperium non agnoſco,ob hæc mea de uobis be-
nemerita,annuam penſionem ueſtra ex urbe ſtatuatis, aut
aſinum,aut bouem,aut piſces. Tunc enim quis tam male
ſenſatus eſt,qui eam ob rem me Cæſari ſuperioritatem fate-
ri uelit? Quæ cum talia uidetis confeſtim non ob omnia
bona Cæſari ſuperioritatem deberi. Deinde quæ eſt argu-
menti confirmatio. Rex ex parte Danici regni & aliorum
regnorum Cæſarem non agnoſcit,ergo ius in Lubecam nō

*Eque inepta ac infirma argumenti Confirmatio.*

habet? fieri poteſt enim, ut tametſi ſuperioritatem Cæſaris
ex regnorum parte non agnoſcat, ob Lubecenſe tamen ius
fateatur. O prudentes & graues ſcriptores. Quorſum uero
hæc pertinent dicitis? In promptu eſt,quod reſpondeamus
Quandoquidem duplex ius regibus Danis in urbem ueſtrā
eſſe niſi oſtenderimus, omnem uobis cedimus poteſtatem
in nos pro animi libidine animaduertendi,Et de altero qui
dem iure ſat dictum libro ſuperiore eſt, nempe arcem quæ
Lubecæ erat,quamq; etiam num Burgum uocatis regiam
fuiſſe, deinde & uicum magnum, quam regiam Siratam
nuncupant. Cæterum de altero nihil adhuc dictū fuit,itaq;
nihil aliud ſupereſt,q̄ ut de eo dicamus. Ludouicus enim

Rhomanorum Imperator Illuſtriſſimo olim Ludouico Marchioni Brandeburgenſi annuam ſex milium markarũ argenti puri penſionem, quam Lubecenſes pendere ſoliti fuere collocauit, quam quidem ſummam idem Ludouicus Marchio Illuſtriſſimo VVoldemaro Quarto Danorũ regi eiuſq; heredibus collocauit, literis reſignatoriis deſuper legitime confectis. Negatis hæc? At oſtendemus, & principio quidem id inculcabimus, deinde ad aliud progrediemur.

DIPLOMA ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS Ludouici Brandeburgenſis & Luſatiæ Marchionis &c. quo aperte reſignat penſionem ſex milium markarum argenti puri, quam Lubecenſes Cæſari pendere ſoliti fuerant, Cæſar autem Ludouico huic, ut ex literis eiuſdem conſtat conceſſerat, Illuſtriſſimo regi VVoldemaro Danorum Quarto illiuſq; Heredibus in perpetuum, unde manifeſtum etiam eſt Lubecenſes mentiri, qui nullum ius Danorum regibus in ciuitatem ſuam eſſe dicunt.

NOVERINT VNIVERSI tenorem prenſentium inſpecturi, ꝙ nos Ludouicus dei gratia Brandeborg & Luſatiæ Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bauariæ & Carynthiæ Sacriq; Rhomani Imperii Archicamerarius Tyrolis & Boricenſes, nec non eccleſiarum Aquilegienſis, Tridentinenſis & Brixinenſis aduocatus, excellenti & magnifico Principi D. VVoldemaro regi Danorum Suagero noſtro ſyncere Chariſſimo, & ſuis heredibus ob ſingularis amicitiæ & dilectionis, quas apud ipſos ex debito gerimus cõſyderatione ac ſyncero amore reſignauimus penſioné ciuitatis Lubecenſis ad annuam, quam ab Inuictiſſimo Principe D. Ludouico Romanorum Imperatore dño & progenitore noſtro chariſſimo fœlicis recordationis hactenus ſecundũ literarũ ſuarũ nobis ſuper eadem penſione datarũ continentiam pacifice tenuimus, & poſſedimus & pręſentibus uoluntarie duximus reſignãdam, renunciantes

etiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

etiã beneuole pro nobis & heredibus noſtris omnibus iuribus, nobis in eadem penſione competentibus cum literis & priuilegiis noſtris deſuper ut premittitur confectis, Sic ꝙ in antea predicta penſio ſingulis annis prenotati noſtri Suageri & ſuorum heredum uſibus ſiue noſtri & heredũ noſtrorum impedimẽto, quolibet debeat pertinere. In cuius teſtimonium preſentibus ſigillum noſtrum duximus appendendum, Datum in Budeſſin Anno domini M.CCC.L. feria tertia ante Dominicam, qua cantatur Reminiſcere.

Quid hic reſpondetis Lubecenſes? Sex milia markarũ annuæ penſionis ad reges Danos pertinẽt, & adhuc ius illis in ciuitatem ueſtram eſſe, aut potuiſſe, negabitis? Cæſar ius ſuum reſignauit Ludouico filio, is VVoldemaro, quid ergo cauſari poteſtis? Vbi hoc in dyplomate mentio eſt, Cæſarem ſuperiorem, ut agnoſcat VVoldemarus? Libere filio Cæſar penſionem reſignauit, Libere filius VVoldemaro, Quid aduerſus hæc reſpondebitis? Literas deſyderatis Cæſaris? Præſto ſunt, Voluimus enim ſubiungere ne conqueri poſſetis.

**DIPLOMA SACRATISSIMI CAESARIS Ludouici, quo penſionem annuam ſex milium markarum argenti puri, quam Lubecenſes ipſi & Rhomano Imperio pendebant, plenarie filio ſuo Ludouico Marchioni reſignauit, & ab eodem Marchione poſtq̃ decem annis leuata fuerat regi Danorum VVoldemaro & heredibus conceſſa prout ex precedenti dyplomate ſatis conſtitit.**

NOS LVDOVICVS dei gratia Rhomanorum Imperator ſemper Auguſtus tenore preſentium profitemur, & conſtare uolumus uniuerſis, ꝙ nos Illuſtri Ludouico Marchioni Brandeburgenſi primogenito & principi noſtro Chariſſimo obſequiorum ſuorum fidelium nobis & Imperio beneuolentius factorum gratia, quorum refuſionis occaſione ſibi ſuiſq; heredibus in ſex milibus markarũ

argent

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

argenti puri tenemur & obligamur,penſionem ciuitatis Lubecenſis annuis temporibus nobis & Imperio debendam, locauimus.tam diu ſine inquietatione,qualibet percipiendam,quouſq; ipſi Ludouico prefato ſuiſq; heredibus prædictæ pecuniæ,quãtitas per nos aut noſtros ſucceſſores nobis in regno uel Imperio Rhomano ſucceſſuros integraliter perſoluatur,preſentibuſq; de plenitudine noſtræ imperialis maieſtatis decreuimus obligare. In cuius rei teſtimonium preſentes conſcribi,& noſtræ maieſtatis ſigillo iuſſimus conſignari. Datum Monati undecimo die Menſis Martii,Anno domini M. CCC. XLI.regni noſtri anno Viceſimo ſeptimo,Imperii uero quartodecimo.

Iam aperta igitur ſunt omnia, nimirum & Cæſarem reſignaſſe,& Marchionem reſignaſſe & uos debere. Enimuero quando perſoluiſtis? Nunq̃ ſane. Debetis itaq; adhuc, quandoquidem neq; a Cæſaribus redempta eſt, neq; a uobis perſoluta.Conſyderatis hæc? Anno treceteſimo quinquageſimo ius factum eſt.Interea nunq̃ perſoluiſtis,ſemper autem ad arma conuerſi eſtis, Regem Erycum ꝙ hæc poſtularet Dania ſpoliaſtis, in alios reges populum conuertiſtis, Ita hactenus iuri ſtare didiciſtis. VVoldemarum ius petentem armis inſectati eſtis,Quid poterat iniquum magis a uobis inferri? Itaq; hodierna ſupputatione legitime facta Illuſtriſſimo regi Chriſtierno decies centena quadraginta quattuor markarum argenti puri milia debetis.Quid iſthic iuris eſt. Procedamus ad alia,ex quo enim nullum ius Danorum regibus in urbem Lubekam eſſe dicitis,neceſſarium eſt,ut non deeſſe tale aliquid oſtendamus, Et oſtendimus pridem ſane,niſi quod aliud aliquid adhuc eſt, quo cauſam aduerſum uos ſuam Sereniſſimus rex tueri poteſt.

Carolus enim Quartus Rhomanorum rex Illuſtriſſimo principi VVoldemaro Quarto Danorum regi cũ conſilio principum electorum, & aliorum ſacri Rhomani Imperii, propter obſequia ſibi preſtita ſedecim milia makarum argenti puri dono dedit, ut uero idem VVoldemarus rex in

eandem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

eandem pecuniam ſecurus eſſet, Locata eſt illi Lubecenſium penſio annua & heredibus illius, quā uos uulgo Steuir aut Steroce uocatis. His aūt conditionibus locata eſt, ut VVoldemarus illiusq; heredes eādem tamdiu penſionem in uſus ſuos conuerterent, donec ab eodem Carolo Quarto, aut eius in Imperio ſucceſſoribus tota ea ſumma ſedecim milium markarum argenti puri VVoldemaro aut illius heredibus perſolueretur, cuius totius rei dyplomata adſunt, nequid deſyderare poſſitis. Enimuero eam uos penſionem adhuc ſoluere tenemini, Ex quo neq; ſedecim illa markarum argenti puri milia a Cæſaribus perſoluta ſunt, Neq; ullus uobiſcum contractus unq̃ factus eſt, per quem ab hac penſione immunes redderemini. Sed literas ſubiungam, ut melius de uobis mereri poſſim, quandoquidem in animo eſt, pro uiribus negociis ueſtris in meliorem ſtatum reuocandis, inſiſtere.

## DIPLOMA SACRATISSIMI CAESARIS

Karoli Quarti quo regi Danorum VVoldemaro pro ſolutione ſedecim milium markarum argenti puri oppignerat penſionem annuam in ciuitate Lubecenſi, quam Steuir uel Steroce appellant pro illo illiusq; heredibus, Ex quo manifeſtum eſt regi Chriſtierno in urbem Lubecam ius eſſe huius penſionis ratione, unde colligitur impudenter mentiri Lubecenſes in eo, ꝙ negant regi ius in Lubecam eſſe.

NOS CAROLVS dei gratia Rhomanorum rex ſemper Auguſtus Bohemie &c. rex, notum facimus uigore preſentium, ꝙ nos deliberato animo & conſilio Illuſtriſſimi principis Ludouici Marchionis Brandeburgēſis & Luſatiæ & Ruperti Palatini Rheni ducū Bauariæ, & electorum & aliorū principū noſtrorum, & ſacri Rhomani Imperii fidorum Illuſtriſſimo principi Domino VVoldemaro regi Daniæ noſtro ſingulari & dilecto amico propter ſeruitia quæ nobis & Imperio impendit, & adhuc impendere

uult

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

uult,&poteſt futuris temporibus ſedecim milia markarum argenti puri monetæ Colonienſis conceſſimus,& concedimus de ſpeciali gratia noſtra,&de eadem ſumma uolumus eum ſecurum reddere, quemadmodū conueniens & iuſtū eſt, et propterea oppignoramus ſupradicto Daniæ regi,& ipſius heredibus pro iuſto pignore annuam Steuir &Gulte quam nos & Rhomanum Imperium habemus ex urbe Lubecenſi,ut ipſe & ipſius heredes ſupradictam Steuir & Gulte habere debent & debebunt,ſine diminutione & damno,cū om̄i iure uſq; ad tēpus,quo nos aut ſucceſſores noſtri in Imperio, eidem aut illius ſucceſſoribus regibus Danorum ſupradicta ſedecim milia markarū argenti ad plenum ,& integre ſatis faciant in ea urbe, in qua eadem pecunia illi addicta fuit,hac conditione,ut omnes literæ quæ prius per piæ memoriæ predeceſſores noſtros ex regno uel ex parte regni,& noſtri quoq; ſpecialiter Ludouici Marchionis Brandeburgenſis,qui eaſdem literas ex parte noſtræ regiæ dignitatis ſignauit,cum Bona uoluntate & propoſito aliorum, qui prenominati ſunt,datæ uel conceſſæ ſunt annullentur, & nullam penitus uim habeant.Sic ꝙ hæ literæ quas prenominatus rex Daniæ ad eadem habet uim & poteſtatem nunc penitus teneant cum teſtimonio harum literarum ſigillatarum noſtro regio ſigillo, Quæ datæ ſunt in Budeſſin poſt Chriſti natiuitatem M.CCC.L.anno proximo die ueneris poſt feſtum Valentini Anno regni noſtri quarto.

NotaSteuir et Gulte eſſe nomen penſionis annue apud Lubecēſes quā Cęſari pēdere ſolebat.

Hæc aperta ſunt.Penſionem tamen illam annuam adhuc debetis,nōdum enim perſoluta ſunt ſedecim illa milia markarum argenti puri.Tametſi Sacratiſſimus Cæſar, qui pridem dictus eſt Carolus Quartus uobis diſtricte preceperit ut eādem annuam penſionem regi VVoldemaro atq; illius ſucceſſoribus Donorum regibus perſolueretis.Sed cum nunq̄ Cæſaribus obtemperaueritis, quid mirum eſt, ſi & hunc contempſeritis: Dyploma ipſum ſubiiciam ut beneuolentiæ erga uos meæ teſtimonium prebere poſſim.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

DIPLOMA CAESARIS CAROLI QVARTI ad Lubecenſes, quo iubebantur penſionem annuam, quam prius Imperio dederāt Danorum regibus pendere. Ex quo conſtare duo poſſunt, prius, quod Cæſarem nihil curant, deinde ꝙ impudenter mentiti ſunt Danorum regibus ius in Lubekam non eſſe. Sed mirum non eſt, ex quo nunq̄ deſinunt mentiri.

NOS CAROLVS dei gratia Romanorū Cæſar ſemper Auguſtus Bohemiæ rex mandamus Burgimagiſtris & conſilio & ciuibus comuniter ciuitatis Lubecenſis noſtris & ſacri Rhomani Imperii fidelibus, gratiam noſtrā & fauorem. Ex quo nos Illuſtriſſimo VVoldemaro regi Daniæ noſtro ſpeciali & dilecto amico annuā Sterore, quam uos nobis & Imperio ex parte ciuitatis Lubecenſis ſingulis annis dare debetis, cum omni iure, utilitate & uoluntate loco ueri pignoris oppignerauimus ꝑ ſedecim milibus markarum argenti puri, quemadmodū in altera noſtra litera, quam ſuper illis habet, plenarie cōtinetur. Ideo precipimus fidelitatibꝰ ueſtris ſerio & firmiter ex noſtra & ſubditorū Imperii parte, ut uos ſupradicto regi Danorū & ipſius heredibus in eadem Sterore perſoluēda obedientes, & ſubiecti ſitis, & eandē Sterore eidē heredibus ſuis, uel illis quos pro eadē recipienda mittēt cū eorū literis, citra obloquutionē, & repūgnātiā & citra oīe damnū ſingulis annis totaliter pſoluatis & tribuatis. Quare nos uobis & ſucceſſoribꝰ ueſtris ciuibus Lubecēſibus, ipſiq; ciuitati modo uos eandē Sterore ipſi regi heredibus ipſius & nunciis illorū tribuatis, & perſoluatis, remittimus, uoſq; quitamus & totaliter liberos dicimus in regia noſtra poteſtate & uigore & robore harum literarū ſigillatarū noſtro regio ſigillo, quæ datæ ſunt Pragæ poſt Chriſti natiuitatem M. CCC. L. feria tertia poſt feſtū Mathiæ ſancti Apoſtoli Anno quarto regni noſtri.

Quid ſupereſt itaq;, niſi ut ueſtrum uos mendaciū fateamini? Cæſar iuſſit ut perſolueretis, & non feciſtis, immo falſum eſſe dicitis Illuſtriſſimū regem ius in ciuitatem ueſtrā

uſurpare

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

uſurpare debere. Nõ pudet mendaciorũ? Semper ne ita ex,
iſtimatis fieri poſſe, ut traditionibus ueſtris tam mẽdacibus
homines accedere poſſint? & iſtæ animus Sereniſſimi regis
eſt ad diminuendũ Romanum Imperiũ. Quis hæc puer di,
ceret, quæ uos graues & ſæueri iudices in medium produ,
citis? An uero is Romanum Imperium minuere uelit, qui
quod Cæſarum liberalitate nactus eſt, id ad ſe pertrahere &
uendicare conatur? Cæſar conceſſit, literæ preſto ſunt, quid
diffugitis igitur? Sed nolumus longiores eſſe, Vos iſthæc
perpendite, quandoquidem futuri ſunt, qui diligentius hæc
omĩa ſunt proſequuturi. Neq; uero obiicere uos uelim tem,
poris longinquitatẽ in cauſa eſſe poſſe, ne in eam ſolutio,
nem teneremini, tum quia non protinus fit, ut abſolui hac
a re debeatis, ꝙ tanto tempore nihil conſonũ literis preſtite,
ritis. Siquidem tametſi impune ſubinde ſceleratiſſimi quiq;
graſſantur, inueniunt tamen tandem ſuis dignũ ſceleribus
ſupplicium. Deinde nihil adimit temporis longinquitas,
Vos enim ſemper uiribus ſuperiores fuiſtis, ut minime ad,
mirãdum ſit, ꝙ prius hæc exequuta non fuerint, tum etiã
quia in omnibus fœderibus, quæ uobiſcum tranſacta ſunt,
cautũ expreſſe fuit ſemper, ut aliæ omnes cauſæ (inter quas
hæc una erat) pendentes indeciſæq; permanerẽt proſequẽte
ſuum ius utraq; parte, enimuero Illuſtriſſimus rex Chriſtier
nus, primus huius regis Chriſtierni auus, princeps ad arma
magis q̃ forum natus, ꝙ extraneus eſſet, non perinde curã,
dam ſibi hanc rem duxit, Atq; adeo opinor, neſciuiſſe illũ
iuris ſui qualitatẽ, huius filius Ioannes Chriſtierni ſecundi
pater, tametſi magnæ prudentiæ princeps, non admodum
tamen referre ſibi exiſtimauit eam rem inchoare, in quam
longo tempore determinandam opus eſſet, Sciebat enim
q̃ uos ubi ius obiicitur arma tractare malitis, ut minime ſit
admirandum, quod Hamburgi a uobis dictum accepimus,
ſi Cæſar unum aliquem ad uos miſiſſet altero ſinu pacem
altero bellum adferentem, pacem, ſi Chriſtiernum regem,
quem tam iniuſte expuliſtis in ditiones priſtinas reſtitueri,



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

tis bellum,ſi ſecus in animo facere eſſet,bellum citius acceptturos q̃ pacem, Hæc audita ſunt magna hominum frequẽtia ſub Menſem Maium anni huius,ut plane uos non egreferre conueniat,ſi quo uos alios loco habetis, eodem a me habendi ſitis.Contempnitis enim omnes promiſcue, & tot maximorum principum nulla uobis cura eſt. Proinde & me conuenit impoſturam hanc ueſtram toti orbi pandere, ut inuentum principes cõſilium habeant, quo ſuam uicem in uos ulciſci poſſint. Ite nunc & aliis perſuadete nullum Danis regibus in urbem ueſtram ius eſſe, Et ſi huberius hác tractatam eſſe rem uolueritis, liber aduerſum uos prior adeundus eſt.Ego enim quod principio proteſtatus ſum, aduerſum uos prolixior eſſe non uelim.

## LVBECENSES.

CVm nihil impetraremus priuilegiorum priorum &c. coacti ſumus in bellum cum eodem Chriſtierno rege deſcendere, eumq; utpote noſtrum uaſtatorem & Romani Imperii oppugnatoré & fractorem fœderis perſequi, quod & de iure naturali & ſcripto eſt,Neq; publico fœderi, quod VVormaciæ a Sacra Cæſarea maieſtate & Germanici Imperii conſilio factum fuit,ulla in parte repugnat,ſed totaliter conſonum eſt. Quod ſi idipſum non effeciſſemus aut faceremus, non ſciremus ex parte noſtra ſacro Rhomano Imperio aut Cæſari nos excuſare. RELIQVA omnia quia longus hic articulus eſt omiſſa ſunt, Siquidem libro priore ad ea reſponſum eſt.

## RESPONSIO.

CVm pleniſſime oſtenderimus omnia quæ obieciſtis Sereniſſimo regi nihil aduerſus illius Serenitatem facere,nonne ſatis oſtendimus nullam uobis occaſionem bellandi fuiſſe,niſi unicam libididem? Si quid reſpondere poſ

ſitis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

ſitis ad hæc, in medium procedite, Vos quidem hæc paſſim ingeminatis, Ex iſtis & aliis cauſis ad bella coactos eſſe, & nos parte alia oſtendimus, ex iſtis, atq; aliis ad bella iure cogi uos minime potuiſſe, Hæc ſane lõge alia & diuerſa ſunt. Quæcunq; enim a uobis capta ſunt, iure capta ſunt, ex eo ꝙ ut capi poſſent fœderibus initis continebatur. At in Imperii oppugnatorem egiſtis, bellum ſane dictum. Quis uero Imperium oppugnauit? Num uos? Qui tres illi ducatus ademiſtis, quorum duo Cæſarem ſuperiorem agnoſcant? qua uero in re Imperium Romanum per regem Chriſtiernum oppugnatum eſt? Sed ſtulti ſumus, qui hæc tam puerilia proſequimur, Veſtrum enim oſtendere eſt Romanum oppugnatum Imperium fuiſſe, quin ego parte alia oſtendere poſſum, ſceleratiſſime uos cum Imperio egiſſe, quod uobis pena addita bis mille librarum auri puri bellum omne cum rege Chriſtierno interdixerat. Non paruiſtis autem, uti & nunq̃ honeſtis admonitionibus acceſſiſtis, Vbi uero eſt is fœderis fractor Lubecenſes? Ego ſane multis modis perfidiſſime a uobis fractum fœdus eſſe conuici. Vos uel ſemel quidem fregiſſe fœdus regem Chriſtiernum ſi poteſtis oſtẽdite, quorſum hæ ambages pertinent? fidem facite fœdus illum fregiſſe aliquando, tum ſenſuri eſtis neq; nobis deeſſe, quod cum ueritate reſpondeamus. Quomodo uero publicæ Germaniæ paci non repugnaret ueſtra hæc uiolentia, quum tam nequiter clariſſimum principem expuleritis, At oppugnator erat, dicitis, prior bellum intulit, prior laceſſiuit, id uero oſtendendum fuit, Conuincendus erat tale quid prius effeciſſe, neq; euiciſtis autem adhuc, quandoquidem ad omnia reſpondimus. Neceſſum eſt itaq; alia ut producatis. Verum cum uobis impoſſibile id ſit, quid facietis tandem? Publico VVormacienſi fœdere cautum fuit, ut qui primus Germaniæ pacem perturbaret, is Imperialis proſcriptionis reus eſſet. Vos autem cum primi bellum intuliſſetis, quomodo adhuc nihil obeſſe eam uobis pacem auguramini? Hic dicite, bellum ne intuliſtis? Intuliſtis uero.

Meminerint principes legũ quę iu VVormacienſi fœdere ꝓmulgatæ ſunt, de eorũ penis, qui publicam pacẽ ꝑturbant.



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Ob quas auté rationes? Preſcriptas? Atqui aduerſus regem nullæ ſunt. Bellum ergo pro re nulla intuliſtis, Alioqui fidem facere uos conuenit egregie obſeruata eſſe, quæ VVormacienſi fœdere contenta ſunt, uoſq; non niſi neceſſario coactus id bellum ſuſcipere. Siquidem dixiſſe non ſatis eſt, niſi & reipſa idipſum euincere poſſitis. Multa uobis & preclara ſane oblata ſunt, Reſtitute ſubinde naues aliquot, prius iuſtiſſime ademptæ. Promiſſa plura, ſi a Suetico commercio, ut iurati eratis, abſtinuiſſetis, neq; uoluiſtis tamen citra indictum bellum Bornholmum exſcidiſtis, Scaniam inuaſiſtis, Sialandiæ uim interminati eſtis, & hæc omnia eo tempore, quo res pacatiſſime ſperabantur, Iam uero quid attinet reliqua omnia recenſere? ego hanc camarinã nunq̃ non inuitus moueo, Et tamen ut permoueam ueſtræ me ſemper nequitiæ impellunt. Quid diſſimulatione opus eſt?

## LVBECENSES.

AD utilitatem Cæſareæ maieſtatis & Rhomani Imperii aliquot nobiſcum domini & principes, uicini & amici, & nos cum illis coniuncti Chriſtiano & honeſto fœdere ſumus.

## RESPONSIO.

SAne Chriſtianum & honeſtum fœdus eſt, patruum in patruelem inſtigare, & ad extirpandam nobilitatem Clariſſimos principes armare. Et adhuc tam ſpecioſam confœderationem uenditatis, quaſi uero non id tandem in iugulum ueſtrum redundaturum ſit. Enimuero hanc uobis ſollicitudinem remitto.

## PERORATIO.

HAEC ſunt, quæ aduerſum uos dicta eſſe uolui, Ex quo enim innocentiam regis Chriſtierni traduxiſtis, muneris

muneris me mei eſſe duxi,perfidiam ueſtram & conceptum aduerſus nobilitatem odium,patefac re, quod ſi nondum a nequitia ueſtra deſtiteritis,ego ubicunq; locorum futurus ſum bonorum principum patrocinium non omittã, Neq; patiar uero ut ueritas diu deliteat. Sat Germaniæ impoſuiſtis. Porro ſi adhuc tam imprudentes futuri eſtis,ut finem uirulentiæ iſti, qua in principes debacchamini nullum faciatis, hulcus hoc tacturum me,qua parte deceat,uobis perſuadete. Noui em̃,quo uobis loco bilis moueri poſſit. Hoc dictum uobis accipite,& mihi graciam adhortationis habete. Non fuit hoc Illuſtriſſimi regis Chriſtierni negocium ſolum , enimuero & Sacratiſſimum Cæſarem Carolum Quintum,& Inuictiſſimum Angliæ Franciæq; regem Henricum pertingebat,quos principes q̃ inique traduxeritis,orbis tandem aperte cognoſcet. Valete & me amate.

Illuſtriſſimi Daniæ Regis Chriſtierni in aduerſarios de-
fenſio , fœliciter finitur per Typographum
Melchiorem Lotherum, Anno
domini incarnationis
M. D.
XXIIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

[illegible] fod styk 1 alne / 12 stolp[illegible] 1 alne / 24 loss [illegible]
alne 24 stang 7 alne tømer 9 bielker 1
alne 2 merkede 7 alne

Hoc meum sive [illegible], sive mr, sive [illegible], sive [illegible].

Omnia si perdas ~~christum~~ verbum servare memento
Amisso verbo postea nullus eris
Ora et labora:

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4

3387

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 243 4° copy 4